9 *Secundum decretum quid?*
10 *Ad secundum decretum quando perveniatur?*
11 *Secunda citatio in secundo decreto quemadmodum fieri debeat? Bartoli quædam sententia explicatur.*
12 *Secundum decretum in actione reali non interponitur.*
13 *Ex primo decreto missus in possessionem in actione personali non efficitur possessor.*

14 *Ex primo decreto in possessionem missus in reali actione efficitur verus possessor statim.*

15 *Contumax jure Saxonico & in Curijs Ducum Saxon. quemadmodum vindicetur.*

16 *Contumaci emansionis causæ allegandæ præservantur.*

17 *Contumacis pœnam non patitur, quem aduersa valetudo, vel majoris causæ occupatio defendit.*

18 *Sententia contra juste impeditum lata revocatur.*

19 *Formula accusandi contumaciam Rei.*

20 *Formula post condemnatum reum in* Ehehafft *vlterius proponenda jure Saxonico.*

21 *Formula Rei à Contumacia sese liberantis per allegationem legitimi impedimenti.*

22 *Contumax si fuerit vterq; tam actor quam reus compensatur contumacia.*

23 *Paria delicta mutuâ compensatione tolluntur.*

24 *Contumax quatenus jure Saxonico amittat causam, vbi remissiones de contumace.*

25 *Absens a judicio citatus malicioſè abesse præsumitur, & præscribi potest ob contumaciam illam etiam in causa civili.*

QVANDO † Reus citatus non comparet, tunc Actor contumaciã ipsius accusat, & † tum, si super accusata contumacia pronunciatum fuerit, de jure communi, Actor mittitur in possessionem rei petitæ ex primo & secundo Decreto, vel fit captio pignoris, *de quâ re not. in c. Quoniam frequenter. § In alijs, extr. vt lit. non contest. & in c. Contingit, ext. de Dol. & Contum.*

Wenn der geladene Beklagte nicht erscheinet/ so beschüldiget Kläger seinen vngehorsam / vnnd bitt sich auß etlichen Decretis in das gut/ darumb geklagt wird/ ein zu weisen/ oder bitt vmb pfand.

3 Circa † quod breuiter sic distingue, Quod aut lis seu quæstio est de dominio, vel quasi, seu alia actione reali agitur. Et tunc Iudex mittit Actorem in possessionem rei petitæ, causa rei seruandæ, seu custodiendæ, *l. Fulcinius. §. Celsus cum §. sequ. ff. ex quib. caus. in poss. eat. & d. §. In alijs.*

4 Aut agitur † actione personali, ad quantitatem seu rem singularem. Et tunc aut petitur res certa, & fit missio in rem petitam tam hodiè, quàm olim, *d. §. Celsus:*

Aut petitur res incerta, vel genus, seu quantitas, & tunc olim fiebat missio in omnia bona. Hodiè verò, pro mensura solius debiti declarati, *d. c. Quoniam. §. vlt. & auth. Ei qui iurat. C. de bon. author. iud. poss.*

5 Sed post † dictam missionem factam in Reali actione, Si Reus redeat infra annum potest purgare contumaciam, & rem recuperare, si tamen præstet satisdationem de judicio sisti & expensas factas restituat, *d. c quoniam §. si reus, & l si quis emptionis. §. penult. C. de præscript. 30. vel 40. ann.*

6 In personali † verò actione, rediens quandocunque, auditur restitutis expensis, & præstita dicta satisdatione, dum tamen veniat antequam secundum decretum fuerit interpositum. Nam illo interposito, vlterius non auditur.

7 Vocatur † autem PRIMVM DECRETVM, primus justus Iudicis, per quem in actione personali, Actor commodum solius corporalis possessionis acquirit, & Reus amittit in pœnam contumaciæ. In Reali verò plenam possessionem acquirit.

Peruenitur † verò ad primum decretum tum demum, cum Reus citatus est trina vice, vel vna pro omnibus peremptoria, & ad partis instantiam, & nec per se, nec per Procuratorem comparet. 8

SECVNDVM † Decretum, est secundus jussus judicis quo mediante Actor consequitur jus pleni dominij vel quasi, & Reus illud amittit in augmentum pœnæ suæ, propter perseuerentiam, & auctam contumaciam. 9

Ac peruenitur † ad hoc secundum decretum, cum ipse Reus iterùm de nouo citatus est, & perseuerat adhuc in contumacia latitando, & se occultando, *l. Fulcinius*, §. 1. *& §. quid sit latitare, ff. Ex quibus caus. in poss. eat.* 10

Hinc dicunt † quidam, istam secundam citationem, quæ fit post primum decretum, fieri debere personaliter, & non ad domum, alias non diceretur latitare. 11

Bartolus tamen sic distinguit. Aut quis conuenitur personali actione fundata, & residente in eius persona, & tunc debet personaliter citari, quia tunc sui ipsius requiritur latitatio, *vt d. §. quid sit latitare cum simil.* Aut conuenitur actione personali, non fundata in eius persona, sed proueniente ex vicio rei suæ, vt in causa damni infecti. Et tunc sufficit citatio ad domum, quia ipsius rei non exigitur latitatio.

Deniq; hoc † sciendum, quod in actione reali, vbi quæritur de jure dominij, vel quasi, non interponitur secundum decretum, sed fertur sententia sola declaratoria dominij. *l. ex diuerso ff. de rei vend.* 12

Vltimò † & hoc addendum, quod in actione personali missus in possessionem ex primo decreto, 13

non efficitur verus possessor, sed nudus detentator, ideoq; non lucratur fructus, sed eos cum debito compensat, nisi Iudex interpositione huius decreti primi, expressè disposuerit, quod fructus lucretur.

14 Sed in actione † reali, vbi quæritur de dominio, vel quasi, missus ex primo decreto, statim efficitur verus possessor, & post annum, & non ante, fructus lucratur. Exceptis certis quibusdam casibus, in quibus missus ex primo decreto fructus suos facit, *qui habentur & not. in l. is cui.* §. *semper &* §. *qui legatorum in fin. ff. vt in possess. legat.* Extra hos casus si quis contra ius fructus collegerit, ipsos in sortem computabit.

15 Verùm in † DVCALI CVRIA INCLYTORVM Ducum Saxoniæ, secundum ius Saxonum paullò aliter obseruatur. Cùm enim Reus citatus non comparet, tunc Actor contumaciam ipsius accusat, vsque ad legitimum impedimentum, & nisi Reus legitimum impedimentum probauerit, tunc condemnatur
a in causa principali. a Sin verò propter legitima impedimenta, ad judicium venire non potuerit, licitum est illi alium quempiam ad judicium mittere, qui impedimentum Iudici significet. Et sic pœnam contumacis non sustinet.

16 Contumaci † enim vbique suæ emansionis causæ allegandæ præseruantur, de quo etiam habetur in jure communi, *l. Contumacia.* 53. §. *pœnam.* 2. *ff de re iudic.*
17 vbi dicitur pœnam contumacis † non patitur quem aduersa valetudo vel maioris causæ occupatio defendit, adde *l. quæsitum.* 60 *ff de re iudic.* Vbi deciditur,
18 † Quod sententia contra justè impeditum lata revocetur.

Nach Sachsen Recht wird Beklagter/ wenn er vngehorsam ist / biß auff ehehafft verurtheilt / vnnd wenn er sein ehehafft nicht beweisen kan / wird er der sachen gantz vnd gar verlůstig.

Quando † itaque propoſito libello, contumacia Rei accuſatur, tunc hæc forma eſſe ſolet: Præmiſsis præmittendis. Nach dem Beklagter auff außgangene Citation/ ist aussen blieben/ so wil Kläger / deſſelbigen begangenen vngehorsam / hiemit beſchüldigt haben/ vnd verhofft / er habe jhn biß auff Ehehafft vnnd behelfflich widerrede erstanden / vnd erklaget / Bitt jhnen auch in die Expens vnd Gerichts kosten zu verurtheilen.

19

Wenn † nun der Beklagte biß auff Ehehafft erstanden / welche an obgemeltem Sächsischen Obern Hoffgericht auffs ander folgende Hoffgericht muß deduciert werden/ so ist diß die gewöhnliche formula/ wider denselbigen zu verfahren.

20

P. P. Kläger erscheinet auff außgangene Citation/ Ist von Beklagten der Ehehafft / darinnē er

verur=

verurtheilt/ gewertig/ vnd auff den fall/ da dieselbe nicht gnugsam/ oder sonsten vnerheblich einbracht würde/ so wil Kläger zum Rechten vertrawen/ Er habe den Beklagten / vermöge angestalter Klage/ biß auff die hülffe / zu sampt erlegung aller Gerichtskosten erstanden/ vnd erklagt / Bitt jme auch druber hülffsbrieffe/ vnd Executoriales, mitzutheilen/ vnd vbergibt hierauff dieser gegenwertige verzeichniß der Expens/ (Hic porrigatur schedula expensas continens.) mit bitt/ dieselben zu taxiren/ vnd darüber allenthalben ergehen zu lassen / was recht ist / Stellets zu recht.

21 Reus † autem, adducens legitimum impedimentum, plerunque hac forma vtitur.

P. P. Beklagter erscheinet zu folge außgangener Citation/ Vnd nach dem er in ehafft verurtheilt / thut er zu entschuldigung seines aussenbleibens / nachfolgende behelffliche widerrede / berichtlich einbringen / nemlich / das / ob er wol vergangenen Montag / allbereit auff dem wege gewesen / in meinung vnnd willen / den angesatzten Gerichts tag / inhalts der Citation zu besuchen/ (Hic ponatur emansionis causa.) So ist er doch plötzlicher schwacheit halben / solchen angesatzten Ter-

min

min zu besuchen/verhindert worden / Dieweil den schwacheit aus Ordnung der Rechte eine erhebliche vrsach oder Ehehafft ist / So wil auch Beklagter zum Rechten vertrawen/ er werde damit billich erhört/vnd das er nachmals mit seiner gebürlichen Antwort auff angestalte Klage zu hören / vnnd procontumace keins wegs zu achten sey.

Postremò hic adijciendum: † Quòd si vterque contumax fuerit, tunc mutua contumacia, tam Actoris, quàm Rei compensatur, iuxta illud: Paria † delicta mutua compensatione tolluntur, *c. significasti, de diuor. l. si vxor. §. Iudex ff. de adult. & c. penult. de adult:* 22 23

ADDITIO:

a in causa principali.) Hoc verum † quo ad principalem libelli intentionem sive petitionem, non autem quo ad accessoria, veluti damna, expensas, & quæ hisce similia sunt, quoniam, quo ad horum æstimationem non condemnatur secundum petitionem actoris quasi confessus, sed aliâ probatione, æstimatione, atq; taxatione opus est. Veluti si quis de possessione bonorum suorum vi se dejectum dicat & non modo restitui, sed & reddi ablatas res damnaq́; perpessa resarciri postulet, magniq́; hæc, (vt sunt homines de rebus suis amplè sentientes) æstimet, hic quidem in principali causâ restitutionis obtinebit, at non in rerum ablatarum, damnorumq́; æstimatione, sed in id tantum condemnabitur reus, was er mit seinem Eyde doran nicht vermindern kan. Hoc est. quod post actoris æsti- 24

mationem in libello factam juramento ſuo non minoraverit, Plura de condemnatione rei contumacis jure Saxonico, vt & communi, *vide apud Fachs. lib.* 1. *diff.* 39. *Reinhard. lib.* 2. *part.* 4. *tit. de iudicialibus differ.* S. *Hartm. Pistor. lib.* 1. *quæst.* 3. *incip. quamvis de iure civili. glossam additionalem ad art.* 68. *incip.* wer den andern. *in verb.* als ob er nie verfest wer *lib.* 1. Landrecht. *Zobel. part.* 1. *diff.* 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. *vbi etiam in diff.* 13. & in dicta gl. Saxonica habes, quod † & in civili causa non comparens pro malicioſè abſente habeatur, idcircoq; proſcribi poſsit. Et hoc tempore 5. April. Anni 1601. Magnificus Lipſenſis Academiæ Rector quendam Doctorem ad triennium relegauit quod à quibuſdam Creditoribus conventus contra datam fidem clàm diſceſſerit, atq; arreſtum, quod ipſi jam jam denunciandum erat, hac ratione eluſerit, ex quo inter cetera nota, eo in decreto dici malicioſè doctorem eum diſceſsiſſe, nimirum quia jure Saxonico malicioſe abeſſe cenſetur, qui in judicio non comparet. *vt notat Zobel. d. diff.* 13. *n.* 2. *Adde Teſſaurum decus.* 265. *incip. contumax.*

25

Der Beklagte ſo wegen ſeines vngehorſams auff Ehehafft vortheilet/ wenn er die nicht erweiſet/ wird er in der Hauptſache fellig/ aber nicht in den ſchaden/ vnkoſten vnd dergleichen/ ſondern die müſſen anderergeſtalt nochmals æſtimirt werden. quod nota. *vide Dan. Moller. lib.* 3. *Semeſt. cap.* 38. *incip. valde magnus eſt. Plot. de in lit. iur.* §. 48. *n.* 3. 4. *Zobel. part.* 1. *diff.* 30. & 31. & *ibi Fachs.* & *Reinhard.*

CAPVT.

CAPVT XVIII.

DE FERIIS.

Von den Feyertagen.

SVMMARIA.

1 *Ferijs quibusdam citatus comparere non tenetur.*
2 *Feriæ tripleces sunt.*
3 *Feriæ solemnes quæ?*
4 *Ferijs solemnibus nemo tenetur comparere, nisi sponte velit.*
5 *Contra Ferijs solemnibus citatum non comparentem judex procedere non potest.*
6 *Index si procedat, contra non comparentem ferijs solemnibus, processus nullus est.*
7 *Feriæ necessariæ quæ?*
8 *Ferijs necessarijs citatus comparere non tenetur.*
9 *Contra Ferijs necessarijs citatum nec comparentem lata sententia nulla est.*
10 *Ferijs necessarijs quo casu citare ac procedere judex possit.*
11 *Feriæ repentinæ quæ?*
12 *Feriæ repentinæ in desuetudinem abierunt.*
13 *Feriato die citatus de consuetudine tenetur comparere post ferias.*
14 *Clausula citationibus circa ferias inseri consueta.*
15 *Brunsvigensium feriæ repentinæ.*
16 *Elbingæ Borussiæ vrbis festum deß anlauffs.*
17 *Feriæ in honorem dei introductæ sed quæ aut desuetudine aut vetustate sua consenuerint, an moram judicijs afferant, remissiue.*

1 Hic dicenda sunt quædam de ferijs, quia citatus † non tenetur comparere quibusdam diebus feriatis.

2 Sunt † autem Feriæ triplices.

Aliæ enim sunt Solennes, aliæ Necessariæ, aliæ Repentinæ.

3 FERIAE solennes † dicuntur illæ, quæ introducte sunt ab Ecclesia, ob reuerentiam Dei & Sanctorum, vt sunt omnes dies Dominici. Item Natalis Domini, Feriæ sancti Stephani, Ioannis Euangelistæ, &c.

4 *de quibus in c.* 1. *& fin. extr de fer.* In his † licèt aliquis possit citari, non tamen, nisi sponte voluerit, tenetur in illis ipsis ferijs comparere, nec potest † judex

5 6 contra non comparentem procedere, esset † enim processus nullus, *Cyn. in l. dies festos. C. de fer. Lanfranc. in c. quoniam contra, de probat. in verb. citationes, in fin.*

Herrliche Feyertage seind / die Gott vnd den Heiligen zu ehren von der Christlichen Kirchen geordnet vnnd eingesatzt sein / als da seind / alle Sontage / Christag / etc. vno in diesen darff niemand ob er gleich geladen wird / erscheinen.

7 Feriæ necessariæ † quæ alias Rusticæ & publicæ vocantur, dicuntur illi dies, qui introducti sunt propter necessitatem hominum, vt tempus messium & Vindemiarum, *de quibus in titul. ff. C. & extr. de fer.*

8 9 Nec † in his citatus tenetur comparere, & sententia † contra non comparentem lata nullius est momenti, *l. ne quis ff. de fer.*

Potest † tamen judex hoc tempore citare & procedere in causa, si partes consenserint, *d. l. ne quis. & c. fin. §. fin. extr. de ferijs.* 10

Nothwendige Feyertage seind / welche zu nutze des Menschen geordnet / als da seind die zeit der Ern- / vnd Weinlesens / vnd in diesem wird auch niemand gezwungen zu erscheinen.

Feriæ repentinæ † vocantur illi dies, quos aliquis princeps indicit, propter coronationem suam, vel triumphum, seu victoriam prospere gestam, *de quibus gloss. in verb. ob necessitates, in Clem. sæpè, de verb. sign. & l. omnes, in fin. C. de fer.* Et † hæ feriæ propemodum in desuetudinem abierunt. a 11 12

Eilend auffgerichte Feyertage werden die genand / so ein Keyser oder Fürst von wegen seiner Krönung / oder Sieges vnd Triumphs ordnet / vnnd diese Feyertage seind jetzund fast vnbreuchlich.

Notandum est, † Quod de cõsuetudine obseruetur, vt citatus ad diem feriatum, comparere teneatur post ferias, iuxta † vsitatam hanc clausulam, quæ citationibus inseritur: 13 14

Oder ob derselbige tag nicht ein Gerichts tag sein würde / den nechsten Gerichts tag darnach zu erscheinen. b

ADDITIO.

a *in desuetudinem abierunt*) Multis tamen in locis adhuc conseruantur memoriæ insignium liberationum, quæ illis impertitæ a DEO sunt, veluti si ab hostibus conseruata vrbs sit. & similia. ita † Brunsvigæ permul- 15

16. ta festa quotannis peculiaria celebrantur: Sic & †Elbinga patria mea dulcissima singulis annis die jovis ante medios jejunij dies, vulgò Dornstag vor Mittfasten/ solemni festivitate memoriam recolit liberationis diuinæ quæ ipsi ab incursione hostili anno 1521. Singulari DEI misericordiâ civium fortitudine suffragante contigit, festum id vulgò appellatur deß, anlauffs.

Ceterum † quid in ferijs, quæ in honorem dei introductæ sunt, neq; tamen observantur, *vide Tessaur. deus 95. incip. feriarum tempore.*

b Zuerscheinen) Hæc clausula in foro Saxonico, maximè in electoratu Sax. & Curijs Electoralibus hodiè non solet adijci, *vt pater ex formulâ illa, quæ supra sub capite 5. rub. citatio quomodo fiat. in additione adiecta est.* Causa eius rei esse videtur, quod feriati dies certi vulgòq; noti sint, idcircoq; statim in ipsa citatione talis terminus adsignetur, qui in feriatum diem non incidat. Feriæ autem repentinæ si quæ incidant, ferè tamen processui judiciario moram non afferunt.

CAPVT. XIX.

DE ACTORE.

Von dem Kläger.

SVMMARIA.

1 *Advocato actoris quid inprimis laborandum, vbi ad judicium ventum sit?*
2 *Libellum ineptum proponens repellitur officio judicis.*
3 *Formula pronunciandi super libello inepto.*
4 *Advocatus quid laborare debeat circa formandum libellum?*
5 *Actor justiciam non fovens non est audiendus.*
6 *Advocatus actoris quid laborare debeat circa probationes?*
7 *Actor jure communi præcisè tenetur probare intentionem suam, secus jure Saxonico. ibid. n. 8.*

POstquam † ad judicium ventum est, tunc Advocatus cauiæ seu actionis maximé attentus esse debet circa formationem libelli. Nam † incongruum & ineptum libellum proponens, hoc est, non concludentem ex præmissis, venit repellendus ex officio judicis, *vt no. in c. examinata, ext de iud. & gl. in l. 1. in verb. nec temere ff. si mensor fal. mo dix.* 1 2

Et † vsitata pronunciandi formula super inepto libello hæc est, Erkennen/ wir/ das Kläger mit seiner erhabenen klag/ in massen dieselbige angestalt/ nicht zu hören sey/ Derwegen wird auch Beklagter/ von dem Gerichtszwang billich entbunden/ in massen mir jn hiemit dauon entbinden/ von Rechts wegen. 3

In primis † igitur circumspectus sit Advocatus, vt sic concipiat, inserta actionis causa, libellum, vt mox & Iudici, & Aduersario appareat, ipsum fouere justitiam, *Ioann. Fab. in* §. 1. *Institut. de act.* 4

Nam † si justitiam non fouet non est audiendus Actor. Et hanc doctrinam plurimum prodest *tot. tit. Institu. de act.* 5

Est

6 Est autem † Aduocato Actoris ante omnia cum clientulo suo deliberandum de proponendo libello. An videlicet relata & narrata in libello, per testes, vel per instrumenta probari possint. An verò potius velit vti beneficio juris Saxonici, reijciendo scilicet facta, & narrata libelli, in conscientiam aduersarij. Et hæc deliberatio omninò necessaria & prima, & ante Guarendam præstitam, fieri debet.

7 Nam licèt † de jure communi ad probandam libellatam intentionem, præcisè astrictus sit Actor per Regulam: Actore non probante, Reus absoluitur, *l.* 8 *qui accusare, C. de edend.* tamen secus † est de jure & consuetudine Saxonum, vbi libellata intentio, propter defectum probationis potest Reo deferri ad conscientiam suam purgandam, & hoc fieri debet, priusquàm præstita sit Guarenda, de qua re *infrà sub capite de iureiurando* plura dicemus.

Der Kläger sol fleissig achtung haben auff seine Klage/das er die recht formire vnd fürbringe/denn eine vnförmliche vnd vnschließliche Klage/lest der Richter nicht zu/sonder verwirfft sie/derwegen sol der Kläger gut achtung haben/das er den gantzen handel also fasse vnd fürbringe/daraus der Richter vnd Beklagte bald vermercke/das er die Gerechtigkeit lieb habe/denn so das nicht vermerckt wird/ist der Kläger nicht zu hören/ vnd fürnemlich ist hierauff gut achtung zu haben/ob die klage kan beweiset werden durch zeugen/oder begreiffliche vrkunde/oder ob der Kläger sich lieber deß Sächsischen Rechts gebrauchen/vnnd aus mangel der beweisung/dieselbe dem Beklagten in sein Gewissen schieben vnd diß mus geschehen ehe die Gewehr angelobet wird.

CAPVT XX.

DE LIBELLO.

Von dem Klaglibell.

SVMMARIA.

1 *Libelli definitio Terminæi.*
2 *Libellus quare offeratur?*
3 *Sine Actione nemo experitur.*
4 *Sententia debet esse conformis libello.*
5 *Iudex fatuus est qui extra vel vltra petita pronunciat.*
6 *Libellus jure communi in scriptis offerendus est.*
7 *Consuetudo circa copias libellorum.*
8 *Libelli quibusdam in locis etiam dictantur.*
9 *Libelli definitio Odofredi.*
10 *Libelli definitio à Rebneidevino tradita.*
11 *Scriptura generis vicem in libelli definitione obtinet.*
12 *Scriptura de substantia libelli est.*
13 *Accedens judicem dictans; coram notario petitionem non dicitur in scriptis offerre libellum.*
14 *Libellus quemadmodum jure Saxonico offeratur.*
15 *Libellus in Camerâ Imperiali quemadmodum offerendus in causis simplicis querelæ. & quomodo in causis appellationum? n. 16.*
17 *Cameræ Imperialis stylus hodiernus circa libellos in causis appellationum.*

LIbellus est † breuis quædam conceptio verborum, seu scriptura, claram continens Actoris intentionem, contra aduersarium necessariò inferens aliquid 1

a vel concludens, a *text. est, & ibi Paul. de Cast. in l. ampliorem, §. in refutatorijs, C. de appell. & not. Abb. super Rub. de libell. oblat.*

2 Offertur † autem libellus propter tres causas.
3 Primò propter Actorem vt jus suum declaret: sine † actione enim nemo experitur, *l. si pupulli. §. videamus. ff. de negot. gest.* Secundo propter Reum, vt instruatur ex libello, an cedere liti velit, vel contendere, *l. 1. ff. de eden.* Tertio propter Iudicem, vt sciat qualiter sit ferenda sententia.

4 Nam † sententia debet esse conformis libello. *text. in l. vt fundus. 18. ff. commun. div. Iason in l. vinum 22. n. 23. vers. hinc assume ex glossa regulam. &c.*
5 *& n. seqq. ff. si cert. pet. vbi Purpurat. in addit.* Et † fatuus judex est, qui extra vel vltra petita actoris pronunciat. *l. fin. ibi Ioan. Fab. & Bal. C. de fidei commiss. libert.*

6 Et quia † de jure communi libellus in scriptis offerendus est, *c. 1. extr. de libell. oblat.* De consuetu-
7 dine † multis in locis obtentum est, quod & Actor retineat copiam libelli, & offerat Iudici duas, quarum altera Reo detur, altera penes acta in judicio reseruetur.

8 Quibusdam † etiam in locis dictantur libelli exceptiones, & replicæ. Ac citationibus communiter sic inserta est summa totius causæ, & actionis, vt facilè ex ea concipere possit libellum Aduocatus.

Ein libel oder schrifftliche klage im Gericht vbergeben/ ist ein kurtzer begriff/ der außdrücklich vnd klerlich des Klägers intent vnd meinung oder begeren wider den Beklagten einführet vnd schleust. Ein libel aber wird aus dreyerley vrsachen vbergeben. Erstlich/

Von wegen des Klägers / das er sein Recht erklerete. Zum andern / von wegen des Beklagten / das er dardurch vnterricht werde / ob jhm zuthun sey / das er sich in Rechtfertigung einlasse / oder nicht. Zum dritten / Von wegen des Richters / das er wisse / wie er das vrtheil fällen sol / denn das vrtheil sol der kläge gemeß sein.

ADDITIO.

a vel concludens) vel secundum † Odofredum: Libellus est breuis petitio in scriptis habita voluntatem legitimam proponentis ostendens. Vel libellus est brevis chartula petitionis causam & actionem continens proponentis. 9

Vel secundum † Ioannem Schneidevinum *in* §. *omnium. l. tit. de formatione Libelli. n.* 98. *ibi libellus est brevis. &c. Instit. de action.* Libellus est brevis & ordinata scriptura claram continens, & judici ac parti demonstrans intentionem actoris vel accusatoris. 10

Vbi nota, quòd † scriptura generis loco adhibetur, est enim † de substantia libelli, vt in scriptis offeratur. *per text. in c.* 1. *& ibi canonist. ex. de libelli oblat.* adeò † vt si quis judicem accedat, actorumq; Notario dicat: scribe quæso, à Titio me decem ex mutuo petere, ac condemnari eum, vt solvat postulare. libellus hic in scriptis oblatus esse non putetur, nec ordinaria procedendi via observata videatur, etiamsi Notarius jussa actis adscripserit. *Bart. in l. in sacris scriniis. 12. n.* 13. *ibi. in glossa super verbo dispositione &c. C. de prox. sacror. scrin. lib.* 11. (*vbi addit hoc esse notandum, quia posset contingere de facto.*) *Schneidevin. in d.* §. *omnium n.* 99. *vers. hinc dicit Bartolus. &c. Instit. de action.* 11 12 13

14 Sed hæc jure † communi ita ſunt: Legibus autem atq; moribus Saxonicis ſecus eſt, quibus ferè vivâ vóce libellus apud Notarium judicij dictatur, *vt hêic innuit auctor n. 8. ibi quibusdam etiam in locis. &c. & Schneidevin. in d. §. omnium, n. 99. verſ. de conſuetudine tamen, &c. Inſtit. de action.* id quod in Electoratu Saxon. expreſſa conſtitutione ſancitum eſt. *text. conſtit. 1. tit.* von Gerichtlichen einbringen/ *part. 1.* quæ intellige, poſtquam terminus jam eſt per ſupplicatorium libellum impetratus, & nunc libellus, ſeu actio judici eſt proponenda; quid enim & quomodo proponendum judici ſit, cum primum aditur, atq; proceſſus ab eo citatioq; petitur, ſupra *cap. 3. tit. de competentis judicis aditione.* diſſertatum eſt.

15 Porrò in † Camerâ Imperiali cum itidem libello ſupplici proceſſus, aut quid aliud petitur, tam in cauſis ſimplicis querelæ, quam appellationum, &c. in ſcriptis ſupplicatur. Vbi autem ad terminum venitur, in cauſis quidem ſimplicis querellæ libellum ſummarium articulatumve, prout viſum fuerit, procurator actoris in ſcriptis primo ſtatim termino offerre renetur, ſub pæna abſolutionis à citatione. *Chriſtoph. Schvvanman in proceſſu Cameræ Imper. lib. 1. cap. 41. rub. de primo termino in cauſis ſimplicis querelæ. &c. n. 3. ibi. ſecundo libellum ſummarium, &c.* Vivâ tamen inſuper voce vno atq; altero verbo poſtulata & producta ſua procuratores indicant durch Mündlichen receß quod ita vſu obtinet. *Schvvanman d. proceſſu Cam. Imper. lib. 1. cap. 42. rub. de receſſibus in genere. &c. n. 3. ibi receſſus oralis. &c.*

16 In cauſis † autem appellationum in primo citationis termino Appellans vel ipſe, vel per procurato-

rem

rem comparere, processusq; emanatos, citationem, compulsoriales & inhibitionem, vnà cum retroscripta executione nuncij cameralis, vel instrumentum executionis, si per notarium immatriculatum facta sit, vt & appellationis instrumentum, acta prioris instantiæ, & libellum appellationis simul conjunctimq; literis distincta producere debet. Quod si appellans in primo termino non acta sed requisitionis documentum produxerit, aut compulsoriales solummodo petierit, tempus ad libellandum illi ad productionem vsque actorum conceditur, nec interea adversus eum in contumaciam procedi potest.

Ac hodie † quidem stylo Cameræ Imperialis huiuscemodi obseruatur processus: Producto primo in termino requisitionis actorum quatuor aut sex, aut etiam octo mensium petitur spacium ad productionem actorum, nimirum habita ratione intervalli locorum magnitudinisq; actorum, atq; etiam spei quam judex fecit de impertiendis actis. atq; intra hoc spacium producere appellans tenetur acta vel exhibito alio documento, quo expositis causis quibusdam vrgentibus, vel prorogationem termini, vel novum terminum postulare. *latè Schvvanman lib. 2. processus Cameralis cap. 5. cuius argum. de termino primæ in causis appellationum. n. 1. & n. 12. 13. & passim.*

17

CAPVT XXI.

DE NECESSARIIS AD libelli formationem.

Von denen dingen ſo da nothwendig ſein zu vorfertigung eines Klaglibels.

SVMMARIA.

1 *Libellus quæ continere debeat?*
2 *Libelli ſubſtantialia quæſint?*
3 *In Libelli concluſione conſiſtit vis cauſæ.*
4 *Non narrata ſed quid quantum ex narratis concludatur attendendum.*
5 *Concluſio oſtendit intellectum præcedentium.*
6 *Actionis nomen libello exprimi neceſſe non eſt.*
7 *Clauſulæ generales libellorum.*
8 *Clauſulæ libelli*: oder was ſonſten dißfals recht / *quid operetur.*
9 *Forma libelli in rei vindicatione.*

1. OMnis libellus † debet potiſsimùm ambitu & complexu ſuo quinq; continere, quæ his verſibus comprehenduntur:

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo,
Rectè compoſitus quiſq; libellus habet.

Nam & Iudicis, & Actoris, Reiq; nomen & res, quæ petitur, nec non cauſa, ex qua petitur, in libellis ſemper exprimi debet: De quibus omnibus conſulendus eſt *Specu. in* §. *quid libellus comprehendet, ſub Rub. de libell.*

Ac sunt hæc † tria, quæ sub verbis quid, & quo jure comprehenduntur, quasi substantialia libelli, videlicet. Primò, Narratio facti. Secundo Medium concludendi, Tertio & ipsa conclusio. Quia † vis causæ in conclusione consistit, itaque formaliter concludatur, oportet. Non † enim attendendum, quid, quale, & quantum narretur, sed qualiter & quantum ex narratis concludatur, *secundum Bald. in l. Aurelius. §. Stichus. ff. de liber. leg.* Ex † conclusione enim appareat, qualiter præcedentia intelligantur, *Bald. in l. edita. C. de eden.* 2. 3. 4. 5.

Vt verò nomen † actionis exprimatur, hodiè minimè est necessarium, sed sufficit factum eo modo narrari, vt inde aliqua actio elici possit, *c. dilecti, extr. de iudi.* idq; consuetudine & vsu practico receptum est. 6.

Ein jeder libell oder Klage sol fürnemlich fünff stück in sich begreiffen.

1. Den Namen des Richters.
2. Des Klägers.
3. Deß Beklagten.
4. Sol angezeigt werden / das ding darumb geklaget wird.
5. Sol auch vrsache / warumb er dasselbige fordere / angezeigt werden.

Diese drey aber seind gleich wie selbstendige ding der klag.

1. Den handel erzelen.
2. Warumb vnd aus was vrsache es gefordert werd oder der zuspruch geschehe.

3. Der Beschluß / so aus den vorgehenden zweyen folget.

7 Generales † Clausulæ quarum vsus tam in principio, quàm in fine libellorum maximus esse solet, quæ Germanico siue Teutonico sermone ita ferè concipiuntur.

Gemeine Clausulen / die im anfang vnnd ende der Klagen in Deutschland gebraucht werden / seind nachfolgender maß vblich.

DEr Ewern Churfürstlichen Gnaden / Durchlauchtigster vnd Hochgeborner Churfürst / gnedigster Herr / setzt A. B. mit vorbehalt aller vnd jeder Rechtlichen notturfft / sonderlich aber mit vberflüssiger beweisung vnbelanden zu sein / gegen vnnd wider C. D. oder den jenigen / so sich von seinet wegen Rechtlich werden einlassen / Klag vnd zuspruch / kürtzlich sagende.

Vel etiam hoc modo:

Zu folge dem Compromiß / so in sachen A. B. Klägern an einem / vnnd C. D. beklagten anders theils / Montags N. auffgericht / Erscheinet

vor

vor euch N. N. als dieser Sachen Churfürstlichen Befehlhabern / A. B. Behelt jhme vor alle vnd jedere Rechtliche notturfft / damit ein jeder klagender theil im Rechten begnadet vnd befreyet / vnnd sonderlich zu keiner nottürfftigen beweisung verstrickt zu sein / Wil jhme auch seine Klage zu mehren / zu mindern / zu endern / vnd zu bessern vorbehalten haben / dauon er öffentlich vnd solenniter protestirt / anhengig solcher protestation / setzt er Klage vnd zuspruch gegen vnd wider C. D. kurtzlich sagende.

Solet & aliter concipi.

Mit vorbehalt aller vnd jeder Rechtlichen notturfft / setzt vor euch Hochgelerten / Erbarn vnd Hochweisen / Herrn Richtern vnd Schöpffen allhie zu N. seinen großgünstigen Herrn A. B. gegen vnd wider C. D. Klag vnd zuspruch / vnnd kurtzlich.

Hic subiungi debet facti narratio, Medium concludendi, Et petitio seu libelli conclusio.

Post Conclusionem hæc formula subijcitur:

Solchs / oder was sonst hierinn recht / stellt

Kläger zu Rechtlichem erkantnis / das milde Richterliche Ampt anruffend/ vnd bittet / jme das Recht vnd die Gerechtigkeit mitzutheilen / sonderlich aber der Gerichtskosten/ schäden/vnd interesse/ nicht zuuergessen.

Vel hoc modo:

Dieses/oder was sonst allenthalben hierinn recht/ stellt Kläger / mit erstattung der Gerichtskosten / zum Rechten / vnd desselben erkantnis/ petendo sibi jus & justitiam super his omnibus & singulis ministrari, Iudicis officio humiliter implorato.

8. Hæc † clausula: Oder was sonsten dißfalls recht/ vtilis est, & ideò adijcitur, quia Iudex supplet & in principio, vel in reijciendo libellum, vt ineptum, vel admittendo & saluando eum. Et in medio, cùm adiuuat causam allegationibus juris omissis per partes. Et in fine supplet benè iudicando, licèt malè fuerit allegatum, ac iudicando finem controuersiæ per sententiam imponens, *ita Cyn. int. 1. C. vt quæ desunt aduo. par. iudex supple.*

Vt autem † eò facilius à quouis libellus concipi posſit, ſubijciemus formam integri libelli, in Rei vendicatione vſitatam.

9

VOr Euch N. N. erſcheinet A. B. behelt jhme vor/alle vnd jede Rechtliche notturfft / damit ein jeder klagender theil im Rechten begnadet vnd befreyt/ vnd ſonderlich zu keiner vberflüſſigen beweiſung verſtrickt zu ſein/ Wil jme auch die chur vnd wahl/ſeine Klage zu mehren / zu mindern/ zu endern / vnd zu beſſern / vorbehalten haben / dauon er offentlich/ vnd ſolenniter proteſtirt/ Anhengig ſolcher proteſtation ſetzt er Klagen vnd zuſpruch gegen vnd wider N. N. kürtzlich ſagend/ Das es nicht allein den Gemeinen beſchriebenen/ ſondern auch den Natürlichen Rechten zuwider iſt / daß man jemand das ſeine wider ſeinen willen/vnd ohne rechtmeſſige vrſache/ vorenthalte/ Aber ſolches vngeacht / hat N. N. ein Hauß/ Acker/Weinberg/ Baumgarten/ Wieſen/ſo allhie zu N. in der N. ſtraſſen zwiſchen N. N. vnd N. N. Häuſern gelegen / vnnd klagendem theil Iure dominij, vel quaſi, zuſtendig geweſen/vnd nochmals zuſtendig iſt / lenger denn ſechs Jahr jnne gehabt/ genoſſen vnd gebraucht/ wie ers dann auch

noch heutiges tags besitzen/ geniessen / vnd gebrauchen thut/vnd wiewol Kläger / gedachten N. N. offtmals gütlich ersucht hat / vnd jhn vmb abtrettung vnd einreumung gedachtes Hauses angelangt vnd gebeten / so hat sich doch Beklagter solches zuthun thätlich vnd minder denn mit Recht/ biß anher gewegert / Derohalben Kläger jhn vor euch als seinem ordentlichen Richter / in klage zu nemen / ist verursacht worden / Fordert demnach Kläger von dem Beklagten vollstendige vnd richtige antwort/ vnd nach gethaner Antwort / bitt er im Rechten zu erkennen/ zu declariren / vnd auszusprechen/das obbemeltes Hauß klagendem theil eigenthümlich/ vel quasi, zustehe / vnd das jhme derwegen Beklagter / dasselbige abzutretten/einzureumen/auch alle nutzung vnnd genieß / so Beklagter nicht allein jnnerhalb der sechs jahr / aus solchem Hause hette bekommen können / sondern auch hinfort in hangendem kriege auffheben vnd empfangen möchte vnd köndte / zu sampt den Expensen/ schaden/vnd interessen zuzustellen vnd zu erstatten schüldig sey.

Solchs/ oder was sonst hierinn recht / stellt Kläger zu rechtlichem erkantniß/ das milde Richterliche Ampt anruffend / vnd bittend jhme das Recht vnd die Gerechtigkeit mitzutheilen.

Solet

Solet & sic subijci.

Vnd bitt solches / nicht allein wie gebeten/ sondern in der allerbesten form/ weise / vnd gestalt/ als solches von Rechts oder gewonheit wegen geschehen sol/kan oder mag / im rechts zuuorhelffen/ ewer mildes richterlich Ampt demutiglich anruffend.

Secundum hanc formam facilè reliquarum actionum libelli formari possunt, insertâ solummodò perspicuâ narratione facti, ac attento medio concludendi, & ipsâ conclusione aptè adnexâ.

ADDITIO MAGNA.

Vt eò commodius in omni actionum genere intelligat actor benevolus quibus vnaquæq; actio principijs quoq; concludendi medio nitatur indeq; parvo negocio cognoscat, quemadmodum formandus ipsi libellus sit inq; eo faciendâ petitio: Operæ precium facturos nos, arbitrati sumus, si omnium actionum naturam quoad possemus, brevissimè describeremus, quâ sanè in occupatione Odofredum ac Ioannem Schneidevvinum inter ceteros consectantes quatuor actionum classes constituemus, vnam prætoriarum: alteram interdictorum: tertiam edictorum: & quartam civilium actionum, ac primum quidem reâ ad Prætoriarum actionum explicationem proficiscemur.

CAPVT XXII.

DE PVBLICIANA IN rem Actione.

SVMMARIA.

1 *Publiciana actio vnde?*
2 *Publiciana actio cui competat?*
3 *Publiciana actio contra quem detur?*
4 *Publicianâ actione quemadmodum agendum?*

1. HAEc actio † Publiciana appellatur, quoniam primum à Publicio prætore in edicto proposita est. *text. in* §. *namq;* 4: *vers. quæ actio publiciana. &c. Instit. de action.*

2. Competit † autem hæc actio ei, qui rem quampiam emit, vel ex donatione, dote, legato, aut aliâ quavis justâ ex causâ, hoc est titulo ad dominium transferendum habili, ab eo qui dominus non erat bonâ fide acquisivit neq; tamen vsucapionem impleuit nam quæcunq; sunt justæ causæ acquirendarum rerum, si ex ijs causis nacti res amiserimus, dabitur nobis earum rerum persequendarum gratiâ hæc actio. *text. in l. quæcunq;* 13. *in pr. ff. de publicia. in rem act. text. in d.* §. *namq;* 4. *Instit. de act.*

3. Daturq; hæc † actio contra quemcunq; possidentem aut detinentem, qui restituendæ rei facultatem habeat deniq; & contra eum qui dolo possidere desijt. sed non adversus verum rei dominum *l. penult. & vlt. ff. de public. in rem act. VVesemb. in paratit. ff. eod. n.* 6. *ibi huic autem actioni. &c. Schneidewin. in* §. *sed istæ. n.* 27. *ibi. tertiò principaliter. &c. Instit. de action.*

4. Si ergò † aliquis rem possideat, quam ad te per-

tinere

Cas.

tinere contendis, eò quod emisti ab non domino, vel alio quovis titulo, per traditionem bonâ fide acquisivisti rem eam tradentis esse ratus, sic ages: Agit Titius contra Sejum qui injustè detinet rem illam positam in parochia S. Mariæ, cujus confinia sunt talia: ab oriente possidet Sempronius, & ab occidente Cajus, (aut si qui alij finitimi fundi sunt, expones eos *iuxta l. forma. 4. ff. de censib.*) quam rem dicit ad se pertinere jure dominij vel quasi, qui fortè emit (donatam accepit. &c.) illam à Cornelio, vt domino. vnde rem eam restitui sibi cum fructibus petit, & ad hoc rei vindicationē vel publicanam proponit. &c. hæc tamen postrema verba, quibus nomen actionis notatur, hodiè necessaria in libello non sunt eò quod nomen actionis exprimi in libello non oporteat, *vt ante cap. 21. n. 6. ostensum est.* Illa enim verba: jure dominij, vel quasi, ipsamet ex sese sufficiunt duabus hisce actionibus significandis; quippe cum voces istæ: jure dominij, notent rei vindicationem. vel quasi: autem, innuunt publicianam. Admittitur autem istiusmodi alternatiuus libellus, ita tamen vt eligat actor, velitne in causæ processu agere vindicatione, an publicianâ. *Odof. in summâ de formand. libell. tit. de publicianâ in fi.* Ceterum hæc formula plenius expressa germanico idiomate est. *supra cap. 21. n. 9.*

Die Publiciana actio ist erstlich von dem Römischen Schultheiß Publicio erfunden/ vnd kan von denen angestellet werden / die da ein ding durch einen Kauff / oder sonsten einen rechtmessigen Titell von dem jenigen/ der deß dings Herr nicht gewesen / an sich gebracht/ vnd eine zeitlang mit gutem Glauben besessen / vnd in ihren gewehren gehabt / aber nicht vollkömlich verjahret: Vnd hat diese Klage stat wider alle besitzer solches Gutes / ohne allein wider den wahren Herren desselben nicht.

CAPVT

CAPVT XXIII.

DE ACTIONE IN REM rescissoria.

SVMMARIA.

1 Rescissoria quibus casibus competat? & n. 2.
3 Forma libelli in actione rescissoriâ.
4 Rescissoria in rem actio Publiciana quoq; dicitur.

1. SI res † tua vsucapta vel præscripta ab aliquo sit, dum reipublicæ, vel studiorum, vel mercaturæ causa, vel necessariâ captivitate abesses, poteris eam recuperare, perinde ac si vsucapta vel præscripta non esset. §. *rursus* 5. *Instit. de action.*

2. Sed & si † absens præsentis rem vsucepit, itidem,
3. actione hujusmodi rescissoriâ præsenti adversus absentem securritur. Hinc † in ea sic formandus libellus erit: Ago ego Sejus adversus Titium, petens ab eo rem meam talem, sitam in tali loco, cujus confines agri sunt tales: quam rem vsucepit dum ego reipublicæ causa vel negociationis ergò, &c. abessem, vnde vt vsucapio sive præscriptio de medio removeatur, officium vestrum imploro: quiâ rescissâ rem illam mihi restitui peto actione rescissoriâ. Quod ita concipi libellum oporteat, probatur *d.* §. *rursus* 5. *Instit. de act.* Videtur † autem & hæc actio publiciana appellanda esse, vt innuit haud obscurè Paulus *in l. in honorarijs.* 34. *vers. item publiciana. ibi. sed cum rescissa vsucapione*

pione datur. &c. ff. de obligat. & act. id quod & Cuiacius adnotavit in not. Instit. de action. §. rursus. 5. ad verb. permittitur domino.

Wann einer in gemeinen Reichs / Landes / Stad / etc. sachen Legation weise vorschickt / oder abwesend / oder auch studirens halben / Item wegen Kauffmanschafft treibung / oder das er in frembdē Landen gefangen / nicht zur stelle ist / in mittels aber sein Gut von jemands verjahret / oder auch hiergegen der abwesende eines gegenwertigen Gut verjähret / wird dem jenigen wider welchen diese vorjahrung / ergangen / diese actio rescissoria anzustellen im Rechten zugelassen / dorinne er bittet / die vorjahrung auffzuheben / vnd in sein Gut wider einzureumen.

CAPVT XXIV.

DE ACTIONE Seruiana.

SVMMARIA.

1 *Serviana actio cui competat?*
2 *Coloni inquilini invecta pro pensione & deterioratione obligata locatori sunt.*
3 *Serviana ad possessionem vindicandam comparata.*
4 *Forma libelli in actione Serviana.*
5 *Exceptiones octo contra hanc actionem & n. seqq.*
6 *Illata à conductore, non vt perpetuo ibi sint, non obligata sunt pignori.*

7 *Fidejussor à conductore datus facit cessare tacitum pignus.*
8 *Invecta alienata si sint, an tollatur pignus?*
9 *Invecta aliena an & quando obligentur tacitè? & n. 10.*
11 *Pupilli invecta non obligantur tacitè.*
12 *Invecta si generali obligatione non veniant, non etiam veniunt in tacito pignore.*
13 *Secundi conductoris invecta an tacitè obligentur?*
15 *Cujacij sententia de pignore in rebus coloni.*

1. TErtia † actio prætoria est Serviana, quæ locatoribus prædij vrbani vel rustici competit. Nam
2. si † colonus, vel inquilinus tuus conducat à te prædium vel domum, omnia, quæ invecta & illata sunt, obligata tibi pignoris nexu tenentur pro pensione. Coloni quidem res te sciente illatæ, inquilini verò etiam inscio te invectæ. *text. in l. si non inducta 6. C. in quib. caus. pignus tacitè contrahat. l. certi iuris. 5. C. de locato. & ibi Bald. l. item. 4. in pr. ff. de pact. l. Pomponius. 2. l. 3. l. 4. in pr. & ibi gl. in verb. obseruatur. ff. in quib. caus. pign. tacitè contrahat. Schneidewin. in §. item Serviana 7. n. 49. ibi tertiò principaliter. &c. Instit. de act. Socin. regula 29. incip. invecta & illata. &c.*

3. Hinc † si aliquo casu possessio rei perveniat ad aliquem, potes ab eo revocare per actionem Serviana-
4. nam, in qua sic formetur libellus.

Ago ego † Titius adversus Sempronium, qui possidet rem talem mihi obligatam â tali colono vel inquilino meo, pro pensione domus vel prædij, vel pro damno mihi dato in ipsa domo (quo de habes textum *in d. l. Pomponius. 2. ff. in quib. caus. pig. vel*

hypoth. tacitè contrah.) quæ pensio est, vel quod damnum est decem. Vnde peto rem illam ratione possessionis mihi restitui, &c. potes etiam addere, & ad hoc propono actionem Servianam. Sed vt ante dixi, nomen actionis exprimi libello, necesse non est. Quod hac ratione formari libellus debeat, probatur *d. §. item Serviana. 7. Instit. de act. & in legib. præallegatis.*

Wann einer jemand ein Hauß vormietet/ oder ein Landgut vorpachtet hat / seind dem Herrn deß Hauses/ Vorwercks oder Landguts/ wegen deß Hauß-zinses oder Pachtgeldes / so wol deß schadens halber/ stillschweigend vorpfendet/ alle des Miet oder Pachtmans Güter/ so er in das Hauß / auch ohne vorwissen des Herren/ ins Landgut aber / mit desselben wissen/ gebracht hat. Wann nu solche eingebrachte oder eingeführte Güter in jemands frembdes gewehr kommen/ hat der Herr diese Klage wider denselben anzustellen/ vnd die gewehr oder besitz solcher Güter dadurch zu erlangen.

Exceptiones tamen adversus † hanc actionem pro Reo plures sunt. Primò † namq; excipere in vrbano prædio potest inquilinus, illata non esse, vt perpetuo ibi, dum conductor est maneant, qualis est pecunia, vel merces venales, quæq; domini vsu consumuntur. *text. in l. in prædijs. 7. §. videndum. 1. ff. in quib. caus. pig. tacitè contrah. l. debitor. 32 ff. de pignor. gloss. in l. item quia. 4. in pr. in verb. illata. ff. de pact. Socin. reg. 239. incip. invecta & illata. vers. secundo fallit &c.* 5. 6.

7 Secundo † excipi potest, quod fidejussorem pro pensione locator acceperit *text. in l. cum colono* 14. *ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solv. Socin. d. reg.* 239. *vers. quartò fallit. Bellacomba in addit. ad Iason. in l. item quia* 4. *sub n.* 2. *quæ additio incipit. quid si locator provi dit sibi. ff. de pact.*

8 Tertio † excipi potest, quod invecta illa sint alienata. Nam tacita hypothnca rerum invectarum vel illatarum in domum conductam, cum sit generalis & tacita, non impedit alienationem, sic vt cum aliquo onere transire ad acquirentem videatur, nisi vbi earundem facta fuerit inclusio, hoc est, descriptio per manum notarij in præsentiâ testium. *Iason. in d. l. item quia* 4. *n.* 2. *ibi item adverte quod ista tacita hypotheca. &c. ff. de pact.* qui tamen de hac exceptione ibi valdè dubitat. *tu vide Menoch. loco eo quem ibi in additione ex remed.* 3. *quæst.* 10. *adipiscendæ possessionis.*

9 Quartò † excipere licet, quod invecta & illata non sint propria conductoris, sed aliena bona. Nam aliena pignorari nequeunt. *Iason in d. l. item quia.* 4. *n.* 1. *vers. secundò requiritur quòd illa bona. &c.* nisi forte † dominus eorum bonorum consenserit illationi, & sic tacitæ obligationi. *gl. in d. l. item quia. in verb. illata. & gloss. in l. certi iuris.* 5. *in verb. nam ea. C. locat.*

10

11 Quintò † potest excipi, quòd conductor sit pupillus, illataq; eius generis vt sine decreto alienari nequeant. nam hæc illata non obligantur. *gloss. in d. l. item quia.* 4. *in verb. illata. & ibi Iason. n.* 1. *vers. quartò quod sit persona quæ possit obligari.*

&c ff. de

&c. ff. de pact. Socin. in d. regula 239. *vers. quintò fallit. &c.*

Sextò † excipi potest, quod illata sint talia, quæ generali obligatione non veniant, qualia sunt suppellex, vestimenta, quæq; cetera ad ministeria hominis necessaria requiruntur. *Socin. d. reg.* 239. *vers. sextò procedit. &c.* 12

Septimò † potest excipi, quod illata illa sint non à primo, vel à secundo conductore, nam quando conductor primus alteri locat, secundi conductoris invecta sive illata tacitæ pignoris obligationi non subijciuntur. *Ias. in d. l. item quia* 4. *n.* 1. *vers. limita istum textum. &c. ff. de pact.* 13

Veruntamen tenendum est, istam limitationem veram non esse. Contrarium enim receptum, vt per Schneidevinum. *in d.* §. *item Serviana n.* 49. *vers. quartò etiam contra secundum conductorem. &c. Instit. de actionib.*

Octavò † deniq; excipi potest ex fallentia eâ quã Barthol. Socin. *sæpèmemorata reg.* 239. *vers. tertiò fallit. &c.* ex Baldo receiset. 14

Wider diese Klage können achterley exceptiones gebraucht werden. Erstlich das die Güter nicht zu dem ende eingebracht/ das sie jmmer im Hause bleiben sollen.

II. Das der locator oder vormitter Bürgen angenommen.

III. Das die eingebrachten Güter wider voreussert. dauon doch zweiffel im Rechten ist.

IIII. Das die eingebrachte Güter deß Mietmans nicht eigen.

V. Das der Schiedman ein vnmündiger.
VI. Das die eingebrachten Güter in einem gemeinen vnterpfand nicht begriffen.
VII. Das die Güter des andern / vnd nicht ersten Schidmans / wiewol hierinne das gegenspiel dem Rechten gemesser ist.
VIII. Besihe Socinum.

15 Obiter † heîc nota, quod Cujacius *in notis Instit. de actionib. §. item Serviana. 7. ad verb. pro mercedibus fundi tenentur.* existimet res coloni haud aliter quàm expressâ conventione pignori obligari. Sed eius sententiam praxis non agnoscit.

CAPVT XXV.

DE ACTIONE QVASI SERviana, quæ hypothecaria vocatur.

Von der Klage wegen eines vnterpfandes.

SVMMARIA.

1 *Quasi Serviana actio quæ?*
2 *Quasi Serviana actio ad quid competat?*
3 *Forma libelli in actione quasi Servianâ.*
4 *Quasi Serviana actio quando competat?*

QVarta † prætoria actio est, Quasi Serviana, hoc est, ex mente, siue ad similitudinem Servianæ introducta, & ad generalem hypothecæ cujuscunq; persecutionem comparata. Nam † si quis possidet rem mobilem vel immobilem tibi pignori obligatam, sive sit debitor, sive alius, poteris ab illo rem eam avocare, proponendo actionem quasi Servianam, quæ actio nascitur ex obligatione pignoris, & est in rem, appellaturq; alio nomine etiam hypothecaria. §. *item Serviana. 7. Instit. de action.* 1

Vnde † actor in ea sic concipit libellum: 2.

Ago ego Sejus contra Titium qui injustè detinet rem, talem mihi a Cajo debitore meo pignori obligatam pro centum aureis, quos ipsi mutuos dedi, vnde peto rem illam mihi restitui, & ad hoc propono hypothecariam actionem, vel quasi Servianam. Quodq; hoc modo rectè concipiatur libellus, probatur *d.* §. *item Serviana. l. pignoris. 18. C. de pignorib. l. conventio. 1. §. pacto. 3. ff. eod. l. si tibi. 17. §. de pignore. 2. ff. de pact.* 3.

Nota † autem hanc actionem propriè competere, quando pignus contractum sit nudo consensu, aut tacito jure, nam si re, civilis non prætoria actio est. *Cuiac in not. Instit. de action. §. item Serviana. 7. ad verb. ex prætoris iurisdictione.* 4.

Wann einer besitzet ein beweglich oder vnbeweglich Gut/ so dir von deinem Schuldener zum vnterpfand eingesetzt / oder es hats auch der Schuldener selbst jnne / vnd zahlt dich nicht/ kan durch diese Klage solch Gut von jhm abgefordert werden.

CAPVT XXVI.

DE VTILI IN REM ACTIone quæ datur ſuperficiario.

SVMMARIA.

1 *Actio ſuperficiario competens qualis ſit?*
2 *Forma libelli in actione pro ſuperficie.*
2 *In actione pro ſuperficie peti poſſunt etiam penſiones perceptæ vel percipiendæ.*

1. QVinta actio prætoria eſt hæc: Si aliquis conduxit aream, vel ſolum alicujus ad tempus non modicum, & impoſuit illi ſuperficiem, ſicut de facto cottidie contingit, ſi cadat à poſſeſsione eius rei, poteſt intentare actionem ad rem iſtam petendam, quæ quidem actio vtilis rei vindicatio appellatur. *text. in l. ait prætor. 1. in pr. ibi. ſi qua alia actio. &c. & expreſſus §. quod autem. 3. ff. de ſuperficieb. fac. l. 1. ff. ſi ager vectigal. gloſſ. in §. item Serviana 7. in verb. maximè. verſ. eſt & alia quæ datur ſuperficiario. &c. Inſtit. de action.*

2. In hac † actione ſic forma libellum: Ago ego Titius contra Sejum, qui injuſtè (in noſtra lingva vulgò dicimus, wenger dann mit Recht) poſsidet rem talem ſitam in tali loco, cujus tales ſunt confines, quam rem conduxi, vel ex tali cauſâ habui à tali domino ad ſuperficiem ibi ponendam, prout impoſui ibi ſuperfi-

ciem, quæ in solo est modò, vnde peto rem illam mihi restitui, & ad hoc propono vtilem rei vendicationem. Et nota, † quod potest etiam petere pensiones perceptas, & percipiendas secundum Odofredum. Quod autem libellus sic ritè formatus sit, probatur *d. l. 1. §. 1. 2. & 3 ff. de superficieb.* 3.

Wann du von jemand einen Platz gemietet/ oder in andere wege auff eine geraume zeit an dich gebracht/ vnd darauff ein Hauß oder ander Gebewde gesetzet vnd auffgerichtet hast/ so es dir entwehret würde/ kanstu es neben den nutzungen/ so es in mittels getragen hat/ oder hette tragen können/ durch diese Klage widerumb erlangen:

CAPVT XXVII.

DE VTILI IN REM ACTIone, quæ datur emphyteutæ.

Von der Klage die ein Erbzinßman von wegen seines Erbzinß Guts anstellen kan.

SVMMARIA

1 *Actio emphyteuticaria quæ?*
2 *Forma libelli in actione pro emphyteusi.*

1. SExta actio † prætoria est super emphyteusi. Nam si aliquis possideat rem mihi concessam in emphyteusin, vel alium contractum, qui libellarius vulgò appellitatur, seu deniq; quocunq; modo rem quampiam ad tempus non exiguum conduxerim, eandem rem vtili rei vindicatione petere possum, hoc modo:

2. Ago † ego Titius adversus Sejum, qui possidet rem talem, puta prædium vel domum â Cajo mihi in emphyteusin vel ad libellum concessam, seu deniq; ad tempus non modicum per me conductam, cujus confines sunt tales, vnde peto rem illam mihi restitui vtili rei vindicatione. *Prædicta probantur. l. 1. & tot. tit. ff si ager vectigal. vel emphyteut. pet. l. fin. C. de iure emphyt. Novell. de non alien. aut permut. reb. Eccles. 7. in pr. & cap. 1. & cap. 3. & Novell. de alienatione & emphyteusi. 120. cap. 1. cap. 3. cap. 5. §. adeo. 3. Instit. de locatione.*

Wann mir jemand ein Gut zum Erbzinßgut/ oder sonst auff lange zeit / vmb einen gewissen Zinß eingethan hat/vnd dasselbe aus meiner gewehr kommen / kan ichs durch diese action wider an mich bringen.

CAPVT XXVIII.

DE VTILI IN REM ACTIone quæ datur metum, vel vim passo.

Von der Klage / do einem was durch Furcht oder Zwang abgedrungen.

SVMMARIA.

1 *Actio quod vi metusve causa quæ?*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Actio quod vi metusve causa contra quos competat?*
4 *Actio quod metus, causa est rei persecutoria.*
5 *Differentia hujus actionis, & aliorum cognatorum remediorum.*

SEptima † prætoria actio est, si quis per metum aut vim compulsus sit, rem aliquam vendere, vel tradere vel donare: huic enim succurritur per prætorem hac actione, quæ vtilis rei vindicatio appellari potest. *text. in l. metum. 9. §. volenti. 4. & ibi gloss. in verb. & in rem actio. ex sententia Ioannis. ff. quod met. caus. gloss. in §. item Serviana. 7. in verb. maximè vers. est & octava actio in rem. Instit. de act. & vide d. l. metum 9. §. ex hoc edicto. 7. ff. quod met. causa.* è quibus omnibus intelliges sequenti modo formandum esse in hac actione libellum: 1.

2. Ago † ego Titius adversus Sempronium, qui injustè detinet rem talem positam in tali loco, cujus fundi finitimi sunt Caij ad dextram, & Seij ad sinistram: (vel cujus signa sunt talia, si mobilis res est.) quam tradidi Sempronio per metum mortis, ex causa emtionis vel donationis, vndè rem illam peto mihi restitui, & de dolo repromitti, ne res interim, dum apud eum fuit, sit facta deterior, & ad hoc propono vtilem rei vendicationem.

3. Et nota † quod hæc actio detur non tantum contra eum, qui metum aut vim intulit, sed etiam aduersus illum, qui crimine careat, modò lucrum ex metu aut vi ab alio illata perceperit. *text. in l. si cum exceptione* 14. §. *in hac actione* 3. *&* §. *aliquando.* 5. *& vers. Pedius quoq;. ff. quod met. caus.* Est † enim hæc actio

4. rei persecutoria *d. l. si cum exceptione.* §. *in causæ.* 2. *in fi. & l. quod diximus.* 16. §. *hæc actio.* 2. *ff. quod met. caus.*

5. Memento † etiam differentiam esse, inter hanc de vi actionem, & illam, qua agitur de bonis vi raptis, item interdictum illud, quo de vi agitur, aut etiam judicium legis Iuliæ publicum de vi: quoniam hæc actio ferè ad eos casus pertinet, cum rei licitæ metus, aut vis adhibetur, veluti cum quis per metum aut vim contrahere, vendere, locare, manumittere, liberare. &c. cogitur. *d. l. metum.* 9. §. *idem Pomponius.* 2. §. 3. *& rursum* §. *licet.* 6. §. *ex hoc edicto.* 7. *l. sed & partus.* 12. §. *quæri.* 1. *vers. quare si metu. l. si cum exceptione.* 14. §. *Labeo ait.* 6. §. *sed & si quis.* 9. *ff. quod met. caus.* In ceteris autem actionibus sic est, vt nec vlla rem licitam habeant implicitam. quid enim in violen-

ta possessionis turbatione seu spoliatione, aut quid in violenta rapina juris considerari poreſt?

Ceterum cognata tamen hæc remedia sunt, & nonnunquam etiam in causis competunt huius actionis *vt per VVesemb. in paratit. ff. quod met. caus. n. 9. ibi, sunt autem & alia remedia. &c.*

Wann dich einer aus rechter vnnd bewegender furcht / oder Gewalt zwinget / das du jhm etwas verkauffen / vormieten / mit jhm contrahiren / oder sonsten etwas / so zwar an jhm selbst ein zuleßlich ding ist / thun must / vnd dir hiedurch etwas entworden / oder du deßwegen schaden gelitten / kanstu durch diese Klage das deine vnd was demselben anhengig / dem der dich gezwungen hat / oder zu wem es kommen / wider erlangen.

CAPVT XXIX.

DE POSSESSORIA HEREditatis petitione.

Von der Klage / zu einer Erbschafft / dazu man sich besitzlichen ziehen kan.

SVMMARIA.

1 *Possessoria hereditatis petitio quæ?*

2 *Forma libelli in possessoria hereditatis petitione.*
3 *Petitio hereditatis mixta actio est.*
4 *Casus in quibus possessoria hereditatis petitio competat.*

1. OCtava † prætoria actio est : Si quis ad successionem alicujus jure prætorio vocetur , veluti emancipatus, tum is habet possessoriam hereditatis petitionem, per quam factus bonorum possessor tantundem consequitur, quantum si hæres institutus fuisset. *text. in l. ordinarium. 1. & l. 2. ff. de poss. hered. petit.*

2. Vnde † in hac actione sic formandus libellus est :

Ago ego Cajus contra Sejum, qui injustè detinet hereditatem Titij, cujus bonorum possessionem agnovi, vndè liberi , vel vndè agnati, vel vndè cognati, &c. Quare illam hereditatem aio mihi debere restitui , & ad hoc propono possessoriam hereditatis petitionem.

3. Probantur hæc, quia † actio ista mixta est in rem, & in personam. *text. in l. hered. 7. C. de petit. hered.* & veniunt in ea omnia quæ in directa hereditatis petitione. *de quibus vide l. item veniunt. 20. ff. de petit. hered.*

Wann der jenige/ so nicht nach dem civili, besondern allein prætorio jure , sich zu einer Erbschafft zeucht/ dieselbe von jemand / so sie etwa vnter einem schein eines Testamentes/ welches der verstorbene solte gemacht/ vnd jhn zum Erben eingesetzt haben/ oder sonsten einigerley wege innehat/ abfordern wil/ kan er diese Klage anstellen.

4 Qui autem † sint casus, quibus possessoria hereditatis petitio institui queat, agnosce ex libro Pandectarum tricesimo septimo & tricesimo octavo , vbi hæc materia bonorum possessionis plenè pertractatur.

CAPVT

CAPVT XXX.

DE FIDEICOMMISSARIA hereditatis petitione.

Von forderung der Erbschafft/ so da einem durch bitte deß verstorbenen zukommet.

SVMMARIA.

1 *Fideicommissaria hereditatis petitio quæ sit?*
2 *Adversus quem hæc actio competat?*
3 *Fideicommissariâ hereditatis petitio recipit omnia quæ hereditatis petitio civilis.*
4 *Forma libelli in hac actione.*

NONA † prætoria actio est: Si quis testamentum fecit, teq; heredem instituit, ac per fideicommissum rogauit, vt hereditatem eam mihi restitueres, tuq; restituisti, potero hujus remedio actionis bona defuncti petere à quocunq; possessore, præterquam | ab eo qui restituit. *l. ex ordine. 1. & l. nec interest. 3. §. sciendum 1. ff. de fideicommissar. heredit. petit.* 1

Recipit | autem isthæc actio omnia ea, quæ hereditatis petitio civilis. *l. quæ actio. 2. ff. dicto tit.* 2.

Vnde † sic formandus libellus erit: Ago ego Sejus contra Richardum, qui injustè detinet hereditatem talem, quæ fuit quondam Titij, quæq; auctoritate Senatusconsulti Trebelliani restituta mihi est ab herede, quem Titius instituerat, quocirca eandem 3.

4.

here-

hereditatem mihi peto restitui, quem sanè in finem fideicommissariam hæreditatis petitionem propono. &c.

Quo quidem modo ritè formari libellum constat *ex dd. legib. & toto titulo ff. de fideicommiss. hereditat. pet. nec non ex l. 1. in pr. ff. ad SC. Trebell. §. & Neronis. 4. Instit. de fideicommissarijt hereditat.*

Wann einer von jemand durch ein Testament zum Erben eingesetzt/ vnd darneben gebeten ist/ dieselbe Erbschafft einem andern zuzustellen/ er auch den willen des verstorbenen hierinne erfüllet/ vnd die Erbschafft dem jenigen/ dem er sie zuzustellen von dem verstorbenen gebeten / das ist / dem fideicommissario heredi, vbergeben/ dennoch aber do dieser fideicommissarius, die Güter/ so zur Erbschafft gehörig / in seinen gewehren nicht hat / (welches wol sein kan / dann † die Erbschafft ist ein jus. *l. nihil. 24. ff. de verb. signif. l. hereditas. 63. ff. de regul. iur.* zuweilen auch wol sine re. *Vaud. lib. 1. variarum quæstionum. quæst. 31. incip. sicuti quis. n. 10. ibi etenim nemo intelligit. &c.*)

Kan er den Besitzer solcher Güter durch diese Klage vmb abtrettung derselben belangen.

CAPVT XXXI.

DE ACTIONE IN REM Præjudiciali pro libertinitate.

Von der Praejudicirlichen Klage wider den/ der sich von der libertinitet loss wircken wil.

SVMMARIA.

1 *Actio pro libertinitate qualis?*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Actio hæc & liberto datur pro ingenuitate vindicandâ.*
4 *Odofredus refellitur.*

DECIMA † Prætoria actio est: si libertus tuus sese pro ingenuo gerat, negans, aliquid se tibi operarum nomine præstare oportere, potes agere contra illum actione in rem præjudiciali, per quam ipsum in libertinitatem revocabis: hoc modo; 1.

Ago † ego Cajus contra Titium, quem ajo libertum meum esse, vel qui cum libertus meus sit, sese pro libero gerit, sive ingenuo: quare ipsum in libertum meum peto, atq; ad hoc propono præjudicialem in rem actionem. Sic ritè libellum concipi, habes *in §. præiudiciales. 13. & ibi Schneidewin. rub. de secunda actione præiudiciali. n. 17. & n. seqq. Instit. de action.* 2.

Wann sich einer für einen Freygebornen außgibt/da er doch von seinem Herren nur ein freygelassener ist / kan er durch diese Klage belanget / vnd zu leistung der gebürenden dienste gebracht werden. Was ißfals im Sachsen Rechte vorsehen findestu *art.* 32. *incip.* welcheinkommen *& ibi gloss. lib.* 3. Landrecht.

3. Nota † autem, quod & contraria huic actioni detur ingenuo actio, adversus eum qui se patronum ejus esse dicit. *vt per Schneidewinum in d. §. praindiciales. n.* 17. *vers secundo & è contrario datur. &c.*

4. Odofredus † etiam huc refert actionem pro vasallitate, sed malè. *vt per Schneidewinum vbi supra. n.* 20. *ibi. hinc quaritur. &c.*

CAPVT XXXII.

DE ACTIONE IN REM Præjudiciali de partu agnoscendo.

Von der Klage eines Kindes/ wider die Eltern / die es für jhr Kind nicht halten/ vnd jhm keinen vnterhalt geben wollen.

SVMMARIA.

1 *Partus agnoscendi actio quæ, & ad quid competat & nata?*
3 *Forma libelli in hac actione.*
4 *Alimenta quæ jure sanguinis debentur, officio judicis petuntur.*
5 *Alimenta quæ jure actionis petantur?*

6 *Exceptiones tres contra hanc exceptionem & n. seqq.*
7 *Alere se aliunde qui potest filius ei alimenta nan debentur.*
8 *Pater filium divitem alere non tenetur.*
9 *Pater inops filium alere non tenetur.*
10 *Pater filium alere non tenetur si tantum habet pro se alendo.*
11 *Alimenta praeterita non debentur. limitatur n. 12. & n. 13.*

VNDECIMA † prætoria actio est, si filius vel nepos alicujus non agnoscatur à patre vel avo, vel quia non exhibet cum hoc est non præbet ipsi alimenta potest ipsum compellere, vt sibi provideat, idq; per hanc actionem in rem præjudicialem de partu agnoscendo, quæ quidem actio locum quoq; habet vt filius agnoscat patrem & nepos avum. §. *Præiudiciales. 13. & ibi latè Schneidevin. rub. de tertia actione Præiudiciali &c. n. 25. & n. seqq. l. sive. 3. §. quia Plautianum. 1. & §§. seqq. & l. si quis à liberis. 5. per tot. item tot. tit. C. de. alend. lib.* 1.

2.

Sic itaq; † hac in actione formandus libellus erit: 3.

Cum reservatione omnium competentium iuris remediorum compareo ego Titius, petita & impetrata venia, breviter proponens, quod quamvis parens meus legitimus ac naturalis Sejus ante aliquot annos cum Semproniâ matre meâ Sponsalia celebrârit, eaq; Solenni & Christianâ Sponsæ in templum deductione concubituq; mattimoniali confirmarit, & in matrimonio isto me ex legitimâ suâ conjuge procreatum filium legitimum paternâ ac necessariâ submini-
strationc alimentorum & nominatione filij agnoverit, & ego ab omnibus pro Rei filio legitimo sim

habitus: tamen hoc tempore reus contra naturalem patris affectionem ac innatam dilectionem, me filium aversatur, mihiq; non solum alimenta necessaria suppeditare recusat, sed & filium suum esse omninò atq; constanter contra omne jus pernegat, quare cum imploratione officij vestri nobilis peto, pronunciari ac declarari, me Rei Seij filium legitimum & naturalem esse, eumq; teneri me filium agnoscere, ac tanquã legitimo & naturali de rebus necessarijs prospicere, eumq; ad id competentibus atq; in jure hoc casu constitutis remedijs compelli atq; vrgeri, rogando jus & justitiam mihi administrari &c.

4. Nota † Singulariter, quòd officium judicis heîc imploretur, quia hæc alimenta, quæ filio à patre, aut patre à filio, & generatim ratione sangvinis debentur, officio judicis debentur, *Tiber. Decian. cons. 9. incip. ex hoc testamenti tenore. n. 48. ibi tertio & vltimò præmitto. &c. lib. 1.*

5. Iure † autem actionis petuntur alimenta, quæ à lege veluti vxori, vel ex testamento, præstanda veniunt *vt ibi per Decianum d. l. & Brunor. à Sole in compend. iuris resolut. lit. A. vers. alimenta præterita.*

6. Ceterum † excipi contra hanc actionem potest, quod filius aliunde se possit alere, huic enim pater alimenta præstare non tenetur. *Tiber. Decian. d. cons. 9. incip. ex hoc testamenti tenore. n. 43. ibi facit ad hoc nam nec ipse. &c. lib. 1. & cons. 70. incip. & prima facie quæstio hæc. n. 6. ibi pro vt dicimus de patre. &c. lib. 2. & est text. in l. si quis à liberis. 5. §. sed etsi filius. 7. & §. alimenta autem. 19. ff. de liber. agnoscen.*

Pertinet † ad hanc exceptionem, si fi- 7.
lius dives sit.

Pater † enim non tenetur filium divitem alere. 8.
Alexan. in l. dotis causa. 1. n. 12. ibi item filius dives. &c. ff. solut. matrim. Menoch. de præsumt. lib. 4. præsumt. 96. incip. Constantinus. n. 25. vers. non enim filium divitem. &c.

Secundo † excipi potest, patrem ipsum laborare 9.
inopiâ, neq; enim tum filium alere tenetur. *Tiber. Decian. cons. 70. incip. & primâ facie quæstio hæc. n. 18. vers. neq; enim pater tenetur præstare alimenta. &c. lib. 2.* neq; enim agris meis ipsismet sitientibus alij irrigandi sunt. *vt ibid. per Decianum n. 19. in fine consilij.*

Sed nec † alere pater filium tenetur, vbi non habet 10.
amplius quam sibi alendo sufficiat. *Alciat. de præsumt. reg. 1. præsumt. 52. n. 4. ibi. ad idem facit quia nec pater tenetur alere filium. &c.*

Tertiò † excipi potest, quod petantur alimenta 11
præterita neq; enim debentur alimenta præteriti temporis ei, qui sese jam aluit. *Decian. cons. 9. incip. ex hoc testamenti tenore. n. 42. ibi quia alimenta pro tempore præterito. &c. lib. 1.*

Sed enim † hæc rursum elidi exceptio replicatio- 12
ne potest, si dicatur ex parte agentis se interpellavisse patrem, & eo non præstante, ob moram ejus debita contraxisse, quia tum etiam præterita alimenta debentur. *Brunor. à Sole in compend. iuris lit. A. vers. alimenta præterita.*

13 Quod si † & actionis jure debeantur alimenta, tum verò etiam præterita, quamvis nulla antegressa interpellatione, debentur. *Brunor. à Sole vbi supra.*

Wann der Vatter dem Sohne / oder der Großvater dem entkel / oder hergegen der Sohn dem Vater / der Entkel dem Großvater vnterhalt vorsagt / vnd jhn nicht vor einen Sohn / Entkel / Vater oder Großvater erkennen wil / mag diese Klage angestellet werden / solchen vnterhalt zu erlangen.

CAPVT XXXIII.

DE ACTIONE PAVliana.

Von der Paulinischen Klage.

SVMMARIA.

1 *Actio Pauliana quæ? & n. 5.*
2 *Actio Pauliana cui competat & adversus quem?*
3 *Actio Pauliana vnde?*
4 *Actio Pauliana ad quid competat?*
6 *Forma libelli in hac actione.*
7 *Excussio an necessaria sit in hac actione? remissivè.*

11 DVODECIMA † Prætoria actio est: Si debitor alienat in fraudem creditorum, possunt creditores omnia alienata revocare per actionem Paulianam:
2 nam † ipsa datur creditori adversus eum, qui res debito-
3. ris ab alienatore in fraudem creditoris recipit. Et ¦ di-
4. citur Pauliana à Paulo prætore daturq; ad † hoc, vt si

creditor

creditor non inveniat tot bona, vnde sibi valeat satisfieri, revocentur cum fructibus. §. *item si quis in fraudem. 6. vbi Schneidevin. latè. Instit. de action. l. videamus* 38. §. *in Faviana. 4 ff. de vsur.*

Et est † hæc actio rescissio traditionis, quemadmodum illa *de qua cap. 23. diximus* est rescissio vsucapionis. *Cuiac. in not. ad §. rursus. 5. in verb. permittitur domino. Instit. de action.* 6.

Varia huius actionis vel genera vel cognata, vide apud Schneidevinum *in d. §. item si quis in fraudem.*

Libellus † autem ferè hoc modo in ista actione formabitur: Ago Titius contra Sejum, quod Sejus vineam inter Caij & Sempronij jacentem, de facto detineat, quam Cornelius debitor meus in dictum Sejum animo & intentione me credito meo defraudandi sub specie venditionis transtulit. Considerans igitur, cum reliqua Cornelij bona solutioni æris alieni post executionem & excussionem omnium bonorum factam minimè suffectura sunt, graviter me læsum iri: emtor autem Sejus fraudis ac doli particeps fuerit, nemoq; ex dolo suo lucrari debeat: Peto reum ad dimissionem & relaxationem dictæ vineæ cum restitutione ablatorum & perceptorum fructuum condemnari. &c. 7.

Wann der Schuldener seine Güter seinen Gleubigern zu nachtheil betrieglicher weise jemandes / der auch vmb diesen betrug wissenschafft tregt / zuwendet / können solche Güter vermittels dieser Klage widerumb erlanget werden.

An autem † in hac actione excussio necessaria sit, vide novissimè Vincentium Carocium. *in tract. de excuss. bonor. part. 2. quæst. 60. incip. quæro an requiratur excussio. &c. per tot.*

CAPVT

CAPVT XXXIV.

DE ACTIONE FAviana.

Von der Favianischen Klage.

SVMMARIA.

1 *Actio Faviana quæ & qualis? & n. 10. & n. 13.*
2 *Actio Faviana ad quid competat?*
3 *In Actionem Favianam quid veniat?*
4 *Actio Faviana personalis est.*
5 *Actio Faviana an in rem scripta? & n. seqq.*
6 *Debitor patroni est is in quem alienatio in fraudem patroni facta est.*
7 *Actio Faviana cur rei persecutionem continere dicatur?*
8 *Actio Pauliana realis est.*
9 *Communis opinio circa Paulianam actionem refellitur.*
11 *Pauliana adversus quem regulariter competat. & an adversus debitorem? n. 12.*

1. DECIMA TERTIA † prætoria actio est: Si libertus quid in fraudem patroni inter vivos alienet, poterit patronus alienata revocare per actionem Favianam. *l.* 1. §. *dolum.* 4. *l. quodcunq;* 4. *ff. si quid in fraud. patroni. l. videamus.* 38. §. *in Faviana.* 4. *ff. de usur.* eum † videlicet in finem, ut legitimam portionem in successione liberti, quæ quidem hodie tertia

2.

est,

est, consequatur. *l. 1. & 2. C. si in fraud. patron. Schneidevin. in §. item si quis in fraudem. 6. n. 7. ibi. tertia actio dicitur Faviana. &c. Instit. de act.*

Ac restituenda † quidem in hac actione res est 3.
vnà cum fructibus, qui sunt post litem contestatam percepti. *text. in l. 1. §. in hanc. fin. ff. si quid in fraud. patroni.* quemadmodum & præteriti. *l. in Faviana. 2. ff. eod.*

Estq; hæc † actio personalis. *d. l. 1. §. hæc actio.* 4.
24. *ff. si quid in fraud. patro.* In rem, † vt videtur scripta, rei enim persecutionem continet. *l. si patronus.* 5.
3. §. *hæc actio. 1. ff. d. tit.* Quinimo haud puto in rem scriptam esse, nam in † quem alienatio per libertum 6.
facta est, is debitor patroni dicitur, *text. in l. quod si in diem. 16. §. idem scribit. 6. ff. de pet. hered.* Quod † 7.
autem rei persecutionem continere dicitur hæc actio, ideò notatum est vt intelligeretur eam non esse pœnalem, idcircoq; perpetuam judicari oportere.

Pauliana † verò actio haud improbabiliter realis 8.
appellari poterat, in realium enim numero à Iustiniano recensetur. §. *Sed istæ. 3. vers. aliæ autem sunt. iuncto* §. *item si quis in fraudem. 6. &* §. *in personam. 8. Instit. de action. id quod & Schneidevinus in d.* §. *item si quis in fraudem. n. 1. intellexit.* & quemadmodum in rescissoriâ in rem actione. *de qua supra cap. 23. dictum est*, rescisâ vsucapione res petitur. §. *rursus 5. Instit. de action.* ita & in hac rescisâ traditione peti res rectè dicetur *Cuiac. in d.* §. *rursus. in verb. permittitur domino.*

Quod † autem ex communi Doctorum sententia isthæc personalis in rem scripta appellatur, *Matth.* 9.

VVesemb. in commentarijs ff. quæ in fraud. credit. n. 6. ibi. est ergo hæc actio. &c. Schneidevin. in d. §. item si quis in fraudem. 6. n. 1. & n. 14. vers. ex quo infertur personalem. &c. Instit. de action. Id inde profectum est, quod occasionem eius actionis ac non potius id, quod in eam actionem deducitur, attenderunt. Nam quia vel dolus debitoris & acquisitoris, vel etiam solius debitoris malitia contrahentis (maleficium ipsi vel quasi contractum aiunt) occasionem huic actioni præbet, personalem crediderunt, cum tamen potius attendendum fuisset, quomodo maleficio vel contractu isto debitoris permotus edictum prætor proposuerit qualemq; actionem esse voluerit. Voluit autem esse realem, vt certissimus edicti interpres Iustinianus ipse docuit quemadmodum paullò ante probatum est.

10 Nec movere † quenquam debet, quod Fabiana actio personalis est, nam in ea non ita rescinduntur traditiones, vt in Paulianâ, sed rata potius manet alienatio, neq; res ipsa in Fabianâ petitur, quemadmodum in Pauliana. *l. si quid dolo. 1. §. si quis in fraudem. 12. & §. & aliâs. 15. ff. si quid in fraudem patroni. id quod & doctissimus Cuiacius in notis Instit. de action. ad d. §. rursus. 5. in verb. eam rem petere. animadvertit.* Sed & ipse VVesembecius *in addit. ad Schneidevinum d. §. item si quis in fraudem. sub n. 1. in additione incipiente. respectu tertij.* sibi contrarius realem Paulianam agnoscit. Quod si dicas ibi VVesembecium tantum adversus tertium agnoscere pro reali, respondeo

11. id sufficere, regulariter enim † tantum adversus tertium, possessorem scilicet rei alienatæ, competit. *Schneidevin. in d. §. item si quis in fraudem. 6. n. 28. ibi. tertiò prin-*

tiò principaliter quæritur. &c. Instit. de act. adversus † ipsum debitorem autem quoties datur, non ad recuperationem rei, sed ad pœnam alienatoris datur *l. fin* §. *fin. in fin. ff. quæ in fraud. credit.* 12

Licet autem † Pauliana non petat rem suam pronunciari, tamen commune id habet cum realibus actionibus, quod, vt hypothecaria, ex revocatâ re satisfieri sibi postulat. *Schneidevin. in d.* §. *item si quis in fraudem. n.* 12. *vers. exempli gratiâ. &c.* 13

Wann der freygelassene seinem gewesenen Herren/zu verkürtzung deß jhm aus des freygelassenen Gütern gebürenden dritten Theils/ seine Güter auff jemands voreussert/ kan sein Patron durch diese Favianische Klage/ solchen jhm gebürenden theil erlangen/ vollkomlich zwar oder was durch die voreusserung doran abgangen. *Vide latius Schneidevinum in sæpè memorato* §. *item si quis in fraudem.*

CAPVT XXXV.

DE VTILI IN CALVISIANA vel vtili Faviana actione.

SVMMARIA.

1 *Actio vtilis Calvisiana vel Faviana quæ?*
2 *Arrogato è bonis arrogatoris quarta debetur.*
3 *Forma libelli in hac actione.*

1. DECIMA QVARTA † prætoria actio est, si quis arroget aliquem in filium, & postea aliquid rerum suarum in fraudem arrogati alienet, eo fine, vt
2. diminuat quartam, quam † arrogato ex constitutione Divi Pij è bonis suis debet. §. *cum autem.* 3. *vers. sed & si decedens. Instit. de adopt. l. si arrogator.* 22. §. *sed an impuberi.* 1. *insi ff. eod. & l. Papinianus.* 8. §. *si quis impubes.* 15. *ff. de in officio. testam.* Poterit filius arrogatus revocare per vtilem Calvisianam vel Favianam actionem. *text. in l. fin. & ibi gloss. in verb. quasi per Calvisianam. ff. si quid in fraudem pat. Schneidevin in* §. *item si quis in fraudem.* 6. *n.* 9. *ibi quinto dicitur vtilis Faviana. &c. istit. de action.*

3. In hac † actione sic formabis libellum: Ago ego Titius contra Sejum, qui possidet res tales, quas Sempronius pater meus arrogativus in fraudem meam alienavit, vt quarta mihi ex Divi Pij constitutione debita minueretur, vnde peto res prædictas mihi adsignari, cum fructibus & omni causâ, & ad hoc propono vtilem Calvisianam, vel vtilem Favianam, vel vtilem in factum Calvisianam.

Wann einer einen Knaben/der seiner freyen gewalt ist/zu einem Sohne auffnimpt / ist dieser angenommener Vater jhm schuldig den vierden theil seiner Güter zu lassen. Do er nun solchem angenommen Sohne zu nachtheil vnd zu vorkürtzung dieses jhm gebürenden theils etwas entwendet vnd voreussert/kan der angenommene Sohn desselben vermittels dieser Klage widerumb vehig werden.

CAPVT XXXVI.

DE ACTIONE REDhibitoria.

Von der Bawherren oder Bawmeister Klage.

SVMMARIA.

1 *Redhibitoria actio quæ?*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Redhibere quid sit?*

DECIMAQVINTA † prætoria actio est: Si aliquis vendat tibi jumentum aliquod morbo vitioue laborans veluti equum retrogradum vel alio modo vitiosum, nec te certiorem eo de vitio reddidit, competit tibi emtori ignoranti contra venditorem redhibitoria actio, ad sex menses. *l. ædiles aiunt. 38. in pr. & l. cum sex. 55. ff. de ædilit. edict.* 1.

In hac † autem actione sic formandus libellus erit: Ago ego Sejus contra Titium qui vendidit mihi equum qui retrogradus est vel alio modo vitiosus: aut seruum, qui in causâ redhibitionis est, idcircò redhibitoriam hanc actionem propono ad ipsum redhibendum, quo omnia retro agantur cum accessionibus suis. 2.

Sic rectè concipi libellum probatur. *l. 1. per tot. redhibere. 21. in pr. l. cum autem. 23. §. Iulianus. 7. d. l. ædiles. 38. & l. bovem. 43. & pluribus alijs legib. ff. de ædilit. edicto.*

3. Sciendum † autem est, quod redhibere sit, facere, vt rursus habeat venditor, quod habuerat, & quia reddendo omnia ex vtraq; parte id fiebat, idcircò appellata est redhibitio quasi redditio. *text. in d. l. redhibere. 21. in pr. ff. de ædilit. edicto.*

Wann du von jemand einen Leibeigenen Knecht/ oder ein Vieh/ als ein Pferd erkaufft hast/ vnd dasselbe hat an sich eine Krancktheit/ oder andern mangel/ dadurch es vntüchtig zugebrauchen/ so kanstu durch diese Klage zu wege bringen/ das es der Keuffer wider annehmen muß/ vnd wird also dann alles in seinen vorigen zustand gesetzt.

CAPVT XXXVII.

DE ACTIONE QVANTO minoris.

Von der Klage das ein ding geringeres werds als es bezahlt.

SVMMARIA.

1 *Actio quanto minoris quæ?*
2 *Actio hæc quando competat?*

3 *Actio hæc ad quid detur?*
4 *Forma libelli in hac actione.*
5 *Vicium vel morbus in hac actione ex primi libello debet.*

DECIMA SEXTA † prætoria actio est : Quanto minoris, quæ quidem ad omnia & in omnibus ijs casibus, in quibus redhibitoria, competit, imò etiam in quibusdam alijs in quibus redhibitoriæ locus non est veluti si servus emtus laboret aliquo animi vicio ex consuetudine puta quia sit blesus, vel mendax, de quo probabiliter ignorauit emtor , competit ei actio, quanto minoris. *Matth. VVesemb. in commentar. ff. de ædilit. edict. n. 9. vers. altera actione quæ ex hoc edicto. &c. text. in l. si quid. 18. in pr. l. iustissimè. 44. ff. de ædilit. edict.* Ex quibus † locis apparet hanc actionem competere, quando propter vicium vel morbum res minus valet, quam valeret, communiter si illud vicium deficeret, & datur ad repetundum de precio tantum quidem quanto minoris ob vicium illud valeat. 1. 2. 3.

Formabitur † autem in hac actione libellus ferè in hunc modum: Ago ego Sejus contra Rodolphũ, qui servũ mihi vicioſum vendidit scilicet qui erro est, vel fugitivus: vel servum morbosum, puta hydropicũ, vel equum morbosum, qui habet gallas, & superossa, vel quia est retrogradus: vel talẽ codicem, qui est corruptus in textu, vel codicillatus seu cancellat⁹, vel fundũ, qui ducit herbam pestiferã, vel carnem, quæ nõ fuit sincera vnde, quia propter dictum morbũ vel viciũ, res prædicta decẽ minus valet quàm valeret si illo morbo vel vicio careret, ideò illa decem peto, eò quòd res illa tanto minoris est, & ad prædicta propono actionẽ quãto minoris. Ita formari libellũ hac in actione oportere 4.

patet!

patet ex ſupra adductis legibus *& ex. l. quod ſi nolit.* 31. §. *ſi quis egerit.* 16. *ff. de ædelit. edict.* Quod † etiam
5. vicium vel morbus inſeri libello debeat, apparet ex præallegatis legibus. *& l ob quæ vicia.* 4. §. *idem Pomponius.* 3. *ibi. & ideò nomina tim. &c. & paßim tot. tit. ff. de ædilit. act:*

Wann der erkauffte Knecht / Pferd / Hauß / Garten / Acker / etc. Wegen eines mangels geringeres werds / als er erkaufft / kan der Kauffer das Geld / was er zu viel dafür gegeben / durch dieſe Klage wider erlangen.

CAPVT XXXVIII.

DE ACTIONE IN FACTUM Ædilitia.

Von der Bawherrn oder Bawmeiſter Klage ſo man in factum nennet.

SVMMARIA.

1 *AEdilitia in factum actio quæ?*
2 *AEdilitia in factum actio ad quid competat? & n. 4.*
3 *Forma libelli in hac actione emtori competens.*
5 *Forma libelli in hac actione pro venditore.*

DECIMA SEPTIMA † prætoria actio est in factum ædilitia: hæc in multis & diversis casibus competit. Etenim † in primis competit, quando facta fuit redhibitio, & precium non restituitur emtori, cum accessionibus alijsq; quæ ædiles restitui jubent. 1. 2.

Vnde sic † hoc casu emtor libellum formabit: Ago ego Cajus contra Sejum, qui vendidit mihi equum morbosum, cuius equi, cum facta sit redhibitio, & precium mihi non reddatur, accessionesq; puta decem, ideò prædictum precium restitui mihi peto, & ad hoc propono actionem in factum ædilitiam. 3.

Item † competit etiam actio isthæc venditori, quando ab emtore non restituuntur ea, quæ per seruum, vel equum acquisita sunt, & alia quæ ab ædilibus restitui jubentur. 4.

Et in † hoc casu venditor ita formabit libellum: Ago Sejus contra Cajum cui vendidi seruum aut equum morbosum ob quem seruum equum redhibitoriâ adversum me egit, redhibitioq; jam facta est. Sed quia non restituit acquisita per servum, vel equum, & accessiones ceteras puta talia, ideò contra ipsum ago, vt prædicta mihi restituat, & ad hoc propono actionem in factum ædilitiam. 5.

Quod vtroq; hoc casu rectè sic concipiatur libellus apparet *ex l. quod si nolit.* 31. §. *in factum actio.* 17. *&* §. *illud plane.* 18. *&* §. *restitui.* 19.

ff. de edilit. edict. Atq; ista sufficiant breuitatis causa.

Wann einer jemand einen vntüchtigen Knecht/ oder mangelhafftig Pferd verkaufft/ vnd derowegen es jhm wider vbereignet/ aber der vorkauffer das Kauffgeld vnd anders dazu gehörigs nicht wider gibt/ oder hiergegen der verkauffer das Kauffgeld dem Keuffer wieder zugestalt/ aber von jhm das jenige/ was der Knecht oder Pferd/weil es bey jhm gewesen/ erworben nicht bekommen hat/ kan erzuerlangung dessen diese Klage anstellen.

CAPVT XXXIX.

DE EXERCITORIA Actione.

Von der Schiffer Klage.

SVMMARIA.

1 *Exercitoria actio quæ?*
2 *Exercitor & Magister navis qui dicantur?*
3 *Forma libelli in actione exercitoria.*
4 *Navis damnum dante an Magister vel dominus teneatur? remissive.*

1. DECIMA OCTAVA † prætoria actio est: Si aliquis haberet navem fluvialem, vel marinam, vel qua stagno navigaret; eiq; magistrum præponat, vt contrahat, tenetur iste, qui præposuit actione exercitoriâ, & † dominus ille, qui præponit, vocatur exerci-

2.

tor,

tor, rursumq; qui præpoinitur navi magister appellatur. *l. vtilitatem. 1. in pr. & §. 1. 2. 3. ff. de exercitor. actio.*

Et in † hac quidem actione sic formabitur libellus. 3.

Ago ego Titius contra Sejum, qui cum Sempronium præposuerit navi suæ, cum Sempronio memorato, magistro nimirum navis conveni, vt me vna cum mercibus meis transvcheret in Hispaniam. Vnde quia fidem non servavit, peto ab Sejo centum libras, cum tanti meâ interfit, in Hispaniam ita vt destinâram, atq; cum magistro eius contraxeram, eo tempore pervenisse, atq; ad hoc propono exercitoriam.

Wann einer ein Schiff hat / vnd einen Schiffer darauff setzet / dem er das gantze Schiff vntergibt / vnd du mit diesem Schiffer etwas handelst / als das er dich oder deine Wahren wohin vberführen sol / er aber demselben nicht nachsetzt / kanstu zu ergetzung deines schadens vnd vorseumnis den Herrn des Schiffs selbst vermittels dieser Klage belangen.

Quid si † autem non ex contractu magistrum navis obligatum habeam sed quod navis damnum cursu dederit. *vt in casu de quo Anton. Gam. decis 296. incip. egu Iacobus. quem ibi vide.* 4.

CAPVT XL.

DE INSTITORIA Actione.

Von der Factorey Klage.

SVMMARIA.

1 *Institoria actio quæ & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Exceptiones quæ contra hanc actionem opponi possint? & n. 6.*
4 *Institoris ex contractu quando dominus obligetur. & n. 5.*
6 *Institor non est cum quo contrahere non licet.*

1. DEcimanona † prætoria actio est, si dominus aliquis præponat seruum, vel filium, vel alium quemvis hominem liberum alicui tabernæ vel stationi, vel negociationi, egoq; cum illo præposito contraham: is autem conventionis fidem non servet, neq; præstet promissa, agere contra dominum, vel patrem eius possum actione institoriâ.

2. In qua † sic forma libellum.

Ago ego Titius contra Sejum, atq; ab eo peto decem, quæ mutua dedi Sempronio, quem ille tabernæ seu cellæ vinariæ emendo scilicet vendendoq; vino præposuit, atq; ad prædicta intendo actionem institoriam. Sic formari libellum oportere *patet*

ex. l.

ex l. æquum. 1. & passim tot. tit. ff. de Instit. act.

Wann ein Kauffman vber einen Handel einen Factor setzet / vnd du mit demselbigen Factor etwas handelst / jhm Geld zu seiner Factorey leihest / oder dergleichen mit jhm contrahirest / so kanstu zu erlangung dessen / wazu er dir vorpflichtet / wider seinen Herren diese Klage anstellen.

Excipere † autem contra hanc actionem potest dominus quod institor non fuerit præpositus eius rei gratiâ, qua cum eo actor contraxerit, Nam † non omne, quod cum institore geritur, obligat eum, qui præposuit, sed ita, si eius rei gratiâ, cui præpositus fuerat, contractum est, id est, duntaxat ad id, ad quod eum præposuit. *l. cuicunq; 5. §. non tamen. 11. ff. de institor. action.* 3 4.

Contra hanc † exceptionem replicari potest, quod id quo de contractum cum institore est, sequela præpositionis sit. Veluti si cum pignus institori, à quo vinum pannum, oleum, aut alias merces emeras, dederis, vel fidejussor tuo nomine apud eum interceserit quamvis in pignus aut fidejussorem accipiendum institor præpositus expresè non sit, sed tantum ad vendendum vinum, pannum, oleum, & si quæ aliæ sunt similes negociationes: Nihilominus tamen tibi vel fidejussori adversus dominum actio ist hæc dabitur. *d. l. cuicunq; 5. §. item si institor. 15. & §. seq. ff. de institor. act.* 5.

Excipi † etiam potest adversus hanc actionem, quod palam proscriptum fuerit, ne cum eo contrahatur, idcircoq; eum non institorem sed custodem poti- 6

us fuisse. *l. sed & si pupillus.* 11. §. *de quo palam.* 2. & §. *sed si in totum.* 6. *ff. de institor. act.*

Es kan wider diese Klage zur Schutzwehr angezogen werden / das der Factor zu der Handlung nicht fürgestellet/dorinne du mit jhm gehandelt hast / oder auch das er kein Factor sondern nur ein behüter der Wahren gewesen.

CAPVT XLI.

DE TRIBVTORIA Actione.

Von der Klage das ein Vater oder Herr neben andern frembden Gleubigern zugleich antretten muss.

SVMMARIA.

1 *Tributoria actio quæ, & ad quid competat? & n.* 2.
3 *Forma libelli in hac actione.*
4 *Tributum si plenè non sit competit quoq; hac actio.*
5 *Tributoria actio vt competat scientia domini necessaria est.*

1. VICESIMA † hæc prætoria actio est, quæ tributoria appellatur, per quam consulitur ei, qui cum filio vel servo alicuius in peculiari merce contraxit, in quo filio, servoq; pater dominusve eius vsum fructũ

habet,

habet, agiturq; eum in finem adversus patrem vel dominum, vt is in tributum vocetur, id est, vt communicet omnibus creditoribus merces peculiares, tantumque vnicuiq; creditori tribuat, quantum ipse pro ratâ debiti retinet. *l. huius quoq. 1. & l. procuratoris. 5. §. tributio autem. 19. ff. de tributor. act. Matthæ. VVesemb. in paratit. ff. eod. tit. n. 1, & n. 2. vers. quæ de servo dicta sunt. &c.*

Et notandum † est, hanc actionem pertinere ad peculiares merces, in quibus pater filium, vel dominus servum, non patris aut domini sed suomet proprio, filij scilicet vel servi nomine negociari passus est. Quocirca etiamsi nihil in peculio habeat servus aut filius, si tamen vt dixi peculiarem ei mercem permittat pater aut dominus, obligatur hac actione, vt quicquid ea in merce est in tributum pro rata vocetur per extraneos creditores, qui circa illam peculiarem mercem cum filio servove contraxerunt, adeò vt plus pater aut dominus, siquid ei debeatur, capere nequeat, quam alius creditor. *d. l. 1. in pr. & §. peculiarem. 2. ff. de tributor. act. VVesemb. ibid. n 1.* 2.

Libellus † ergò, vt ex his, quæ jam nunc diximus, intelligi potest, ita erit efformandus: Ago ego Titius contra Sempronium, qui merces tales, puta ceram vel pannos apud se habet, in quibus mercibus cum Sejo filio vel Davo servo eius contraxi eo sciente & non contradicente, vnde peto eum ad contribuendum mihi condemnari. aut si fortè contribuit sed non plenè dicas, quod minus tribuerit mercium, idcircoq; eum condemnari peto vt plenum tribuat, & ad hoc propono actionem tributoriam. 3

4. Nam † & si tributum non tamen plenè sit, hæc quoq; actio competit. *l. illud. 7. §. si cuius. 2. ff. de tributor. act.*

5. Quod † autem in formulâ libelli adiecta scientiæ mentio est, id factum idcircò est, quod id ita exigant in hac actione leges. *text. in l. 1. in pr. ibi tamen si scierit. &c. iuncto §. scientiam. 3. ff. de tributor. act.*

Wann ein Vater oder Herr seinem Sohne oder Knechte nicht eine ausdrückliche vnnd allgemeine Factorey aufftregt/ wie in der vorhergehenden action/ besondern nur geschehen lesset/ das sie mit einer sonderbahren Wahre handeln/ hierumb wissenschafft tregt vnd dazu still schweiget/ Wer nun mit ihnen in diesem sonderbahren handel vnd Wahre contrahiret, obgleich der Sohn oder Knecht dem Vater oder Herrn/ wegen dieser sonderbahren Wahre oder auch sonsten etwas vnd zwar vielmehr/ als diese sonderbahre Wahre werth/ schüldig were/ so kan doch solcher contrahent durch diese Klage erlangen/ das der Vater oder Herr alle diese sonderbahre Wahren mit jhm nach gelegenheit vnd grösse der förderung theilen müsse.

CAPVT

CAPVT XLII.

DE ACTIONE DE IN rem verso.

Von der Klage do etwas in des Herrn oder Vaters nutz gewendet.

SVMMARIA.

1 *Actio de in rem verso quæ?*
2 *Actionis de in rem verso definitio.*
3 *Forma libelli in hac actione.*

VICESIMA PRIMA † prætoria actio est: Si quis contraxerit cum servo vel filio emendo, vel vendendo, vel mutuando, vel alio quocunq; modo, & ex illo contractu aliquid versum in rem domini vel patris est, tenetur pater vel dominus contrahenti, perinde ac si cum eo ipso contractum esset, atq; hoc quidem quatenus est in rem eius versum ita quidem vt si in totum versum sit, in totum quoq; agat, sin verò pro parte, agat quoq; pro parte. *l. sibi. & l. si pro patre. 10. §. in rem autem versum. 4. ff. de in rem vers. l. ei qui servo. 7. C. quod cum eo qui in aliena potest.* 1.

Definiturq; † hæc actio à VVesembecio in continuatione Schneidevini. §. *præterea. 4. rub. de sexta* 2.

actione. &c. n. 1. verſ. eſt igitur de in rem verſo actio. &c. Inſtit. quod cum eo, qui in alien. poteſt. quod ſit actio prætoria perſonalis, rei perſecutoria, qua ex eo, quod cum ſervo filiove familiâs geſtum eſt, agitur contra patrem & dominum, vt eatenus, quatenus in rem eorum verſum eſt agenti, quod ex illo geſtu debetur præſtent.

3. † Libellus ergò in actione iſta ſic erit efformandus:

Ago ego Sejus contra Titium, à quo peto decem quæ Semproniо filio eius mutua dedi, vel ex illo aut illo contractu mihi debet, quæ pecunia in rem ſive vtilitatem eius verſa eſt, vnde eam mihi peto reſtitui propoſita actione de in rem verſo. quod ita concipiatur libellus, dicunt jura prædicta & §. *præterea.* 4. *Inſtit. quod cum eo qui in al. poteſt.*

Wann du mit jemandes Sohne oder Knechte contrahiret haſt/ vnd jhm Geld vorgeſtrackt / oder das Geld/ welches er dir aus erwehntem contract ſchüldig/ von jhm noch nicht erlanget / daſſelbe aber in ſeines Vatern oder Herren nutz kommen iſt/ ſo kanſtu hierumb dieſe Klage anſtellen.

CAPVT XLIII.

DE ACTIONE quod jussu.

Von der Klage do ein Sohn oder Knecht auff seines Vatern oder Herren Befehl contrahiret.

SVMMARIA.

1 *Actio quod jussu quæ, & ad quid competat.*
2 *Actionis quod jussu definitio.*
3 *Forma libelli in hac actione.*
4 *Iussus in hac actione quomodo probetur?*
5 *Exceptio contra hanc actionem.*

VICESIMA SECVNDA † prætoria actio est: Si filius vel servus alicujus contrahat tecum jussu seu mandato patris aut domini sui, tunc enim pater vel dominus in solidum tibi tenetur actione quod jussu, sive jussus dirigatur ad te, sive ad filiũ servumve, sive generatim dicatur, contrahat quicunq; volet cum servo meo *l. meritò. 1. in pr. & passim tot. tit. ff. quod iussu.* 1.

Hinc † à VVesembecio in continuatione ad Schneidev. in §. si igitur. 1. n. 2. ibi est autem actio. &c. Instit. quod cum eo qui in al. potest. definitur, quod sit actio prætoria (adjectionis scilicet respectu) personalis obliqua rei persecutoria stricti juris, qua domin & 2.

pater, vel qui horum loco sunt, ex obligatione, quàm eorum jussu filius familiâs servusve contraxit, conveniuntur, vt quos ex contractu eorum quos habent in potestate, debetur, præstent.

3. Ex † quibus patet sequenti formâ conscribendum libellum esse: Ago ego Titius contra Sejum, â quo peto rem talem, quam filio vel servo eius jussu ipsius commodavi, vel peto decem quæ ipsi jussu eius credidi, & ad hoc propono actionem quod jussu.

So jemand seinem Sohne oder Knechte befohlen/mit mir oder sonsten in gemein zu contrahiren / vnd ich jhnen etwas vorkaufft/gelihen oder geborget / kan ich zu erlangung desselben/diese Klage anstellen.

4. Quomodo † autem jussus intelligatur aut probetur habes *in d. l.* 1. §. *jussum autem.* 1. *&* § §. *seqq. ff. quod jussu.*

5. Exceptio † contra hanc actionem opponi potest, quod antequàm filio servove crederetur, jussus revocatus fuerit. *d. l.* 1. §. *sed ego quæro.* 2. *ff. quod jussu.*

CAPVT XLIV.

DE ACTIONE DE Peculio.

Von der Klage wegen des abgeſonderten Gutleins ſo der Vater ſeinem Sohne oder der Herr ſeinem Knechte vergönnet.

SVMMARIA.

1 *Actio de Peculio quæ?*
2 *Actio de peculio contra quem competat?*
3 *Forma libelli in hac actione.*
4 *Exceptio contra hanc actionem è SC. Macedoniano.*
5 *In peculij actione detrahendum eſt quod patri aut domino debetur. limitatur n. 6.*
7 *Peculij actio quando annalis?*
8 *Extra cauſam peculiarem ſi ſit geſtum negocium, peculij actio non competit.*

VICESIMATERTIA † de peculio actio prætoria eſt adjecticia & perſonalis, ſtricti juris, qua pater aut dominus ex contractu filij vel ſerui convenitur, vt obligationi ſatis faciat quatenus peculium patitur. *l. ordinarium. 1. in pr. l. 2. ibi ceteræq; honorariæ. l. licet prætor. 3. in pr. l. invonæ. 36. in fi. ibi verum hanc quoq; habet adiectionem. &c. ff. de pecul. arg. l.* 1.

mora. 32. §. in bonæ fidei. 2. iuncto §. quid ergò. 3. ibi. ex mora suâ non tenetur. ff. de vsur. Bart in d. l. ordinarium. 1. n. 16 ibi item quæro an actio de peculio. &c. ff. de pecul. VVesemb. in continuatione Schneidevini §. præterea. 4. rub. de quinta actione &c. n 1. vers. quæ actio est prætoria. &c. Instit. quod cum eo qui in al. potest.

Quocirca si † cum filio servove qui patris vel do-
2. mini voluntate *l. peculium. 4. §. ex his 2. ff. de pecul.* peculium habeat, contraxisti, hæc tibi contra patrem aut dominum de peculio competit actio *per iura supra dicta.*

3. Hac igitur † in actione sic libellum formabis.

Ago Sejus contra Titium atq; ab eo peto vigin-
ti, quæ Cornelius filius aut servus ejus debet mihi ex vendito, vnde vt hæc mihi pecunia reddatur ab eo, actionem de peculio propono.

4. Contra † hanc actionem excipi potest, quòd filius familias mutuam pecuniam acceperit contra Senatusconsultum Macedonianum, tum enim adversus patrem eo nomine efficaciter dirigi de peculio actio non potest. *text. in l. si filius 6. C ad SC. Macedon.*

5. Secundò † excipi etiam adversus istam actionem potest quod prius detrahendum sit Peculio quod filius vel servus patri dominove debet, *l. sed si damnum. 9. §. peculium autem. 2. ff de pecul.* aut ijs qui in potestate eorum sunt. *d. l. 9. §. huic definitioni 3. & §. 4. ff. de pecul.*

6. Replicari tamen † contra hanc exceptionem potest, quod per dolum peculium deducat, minuat, vel

adimat pater aut dominus *d. l. sed si damnum. 9. §. præterea. 4. ff. de pecul.*

Tertiò † excipi quoq; potest, quòd filius aut servus potestate nostrâ exierit, puta, (puta manumissione venditione aut morte) atq; ab eo tempore annus vtilis transierit. *l. prætor. 1 in pr. ff. quand. de pecul. actio annal. est.* 6

Quartò † excipi potest, quòd servus extra causam peculiarem fidejusserit vel compromiserit, vel mandaverit. &c. *l licet. 3. §. si filius familiâs. 5. & §§. seqq. ff de pecul.* 7

Wann ein Vater oder Herr seinen Handel vnd Gewerb also anstelt/ oder seine Güter also helt / das er sie absondert von einem Gutlein / welches er seinem Sohne oder Knecht / damit seines gefallens zu handeln/ lesst. l. peculium. 4. in pr. ff. de pecul. Vnd der Sohn oder Knecht wird dir etwas schüldig / so kanstu wider den Vater oder Herrn diese Klage anstellen/ vnd vermittels derselbigen/ diese deine forderung erlangen.

Es kan aber wider diese Klage zur schutzwehre angezogen werden: Erstlich das der Sohn habe das Geld von dir erborget.

II. Es müsse zuuor abgekürtzet werden / was der Sohn oder Knecht dem Vater oder Herrn schüldig/ nach welcher abkürtzung im peculio wenig oder gar nichts vbrig bleibe.

III. Der Sohn oder Knecht sey ausser der Väterlichen oder Herren gewalt vnd du habest in Jahres frist nicht geklaget.

IIII. Der Sohn oder Knecht habe ausser deß peculij sachen sich mit dir eingelassen.

CAPVT XLV.

DE CONSTITVTÆ PECVNIÆ Actione.

Von der Klage do jemand etwas zuthun auff sich genommen/ oder sich zum selbschüldigen vor einen andern vorpflichtet.

SVMMARIA.

1 *Constitutæ pecuniæ actio quæ?*
2 *Constitutæ pecuniæ actio contra quem, quoq; casu competat?*
3 *Forma libelli in hac actione.*

1. VICESIMAQVARTA † prætoria actio est constitutæ pecuniæ, quam definire potes quod sit actio prætoria, personalis, qua agimus contra eum, qui per nudum pactum constituit se solutururum id, quod prius ipse, vel alius quidam, ex nudo pacto, vel quacunq; causâ debebat. *Schneidevin in §. in personam. 8. rub. de actione de constituta pecunia. n. 9. ibi. est autem actio prætoria. &c. Instit. de action.*

2. Quod si † ergò quis id, quod vel ipse ex nudo pacto, vel alius quispiam quoquo modo debebat, se soluturum constituerit simplici pacto, datur in eum hæc actio sive debitum illud alioquin fuerit naturaliter tantum sive naturaliter & civiliter. *l. 1. l. quod si*

maritus.

marius. 3. §. *Si quis autem.* 1. & §. *seq.* & *passim tot. tit. ff. de constit. pecun.*

Sic itaq; † in actione istâ formandus libellus erit: 3

Ago ego Cajus contra Sejum, qui se mihi in decem constituit debitorem pro Titio, à quo mihi illa decem debebantur ex causâ mutui, vel quia mihi promiserat nudo pacto, vnde vt decem illa mihi solvat contra eum ago, actionem proponens de constituta pecunia.

Quod ita rectè formetur libellus probatur *per* §. *de constituta.* 9. *Instit. de action.* & *ff. de constit. pecun. per tot.* vide plura hac de re per Schneidevin. *in* §. *in personam.* 8. *tit. de actione de constituta pecunia n.* 6. & *seqq. vsq; ad fin. Instit. de action.*

Wann jemand das jenige/ so er selbst durch blosse zusage sich erboten / anderweit auff sich nimpt / oder für einen andern sich zum selbschüldigen gegen dir vorpflichtet/ kanstu jhn durch diese Klage solcher seiner vorpflichtung vnd Constituto nachzusetzen anhalten.

CAPVT XLVI.

DE VTILI ACTIONE ex Contractu civili super quo juratum est.

Von der Klage so von einem Eyd herrüt etc.

SVMMARIA.

1 *Actio ex jurejurando qua & qualis, & quibus casibus competat n. 2.*
3 *Iuramentum formiter præstitum quod dicatur?*
4 *Informiter quando juratum dicatur?*
5 *Forma libelli in hac actione.*
6 *Exceptio an aliqua contra jurisjurandi actionem competat?*
7 *Iurejurando præstito nihil amplius quæritur quàm an juratum sit*
8 *Iuramentum purgationis an evitari prpbationibus poßit?*
9 *Reus quamvis in criminalibus confessus sit innocentiam tamen probare potest.*
10 *Ius jurandum probatio verè non est sed tantum relevatio ab onere probandi.*
11 *Fictio non debet plus posse quam veritas.*
12 *Fictio minor est veritate.*
13 *Iuramento locus demum est omni probatione legitimâ deficiente idq; etiam jure Saxonico.*
14 *Fictionis emendicata suffragia requirenda non sunt vbi veritas habetur.*
15 *Probare plene quotiescunq; quis potest juramento locus non est.*
16 *Consuetudo probant' juramentum imponens non valet.*
17 *Casus quibus juramentum recusari queat.*
18 *Scabinorum Lipsensium de hac quæstione judicium.*
19 *Matthæi VVesenbecij ista de re sententia.*

20 Iuramen-

20 *Iuramentum purgatorium etiam præsumtionibus dimoveri potest,*

21 *Nihil tam naturale quam eo modo solvi quo ligatum est.*

22 *AEqualitas inter reum & actorem servari debet.*

VICESIMA QVINTA prætoria actio est, quæ ex jure jurando datur quam definire potes, quod sit actio prætoria personalis, qua agitis, qui adversario postulante in continenti juravit, aliquid sibi deberi, vel reum res suas possidere, ad præstandum id, super quo antea actor juravit sibi deberi, vel rem suam esse. *Schneidevin in §. item si quis postulante. 11. n. 60. ibi potest hac actio hoc modo definiri. &c. Instit. de action.* 1.

Quocirca † si cum tu rem quampiam possideres, ego eam ad me pertinere contenderem adjecta causa, veluti, quòd abs te emerim eandem, vel quod mihi donâris, aut quod legata mihi ab eo sit, qui te hæredem testamento suo fecit, tuq; mihi eam in rem jus jurandum deferas, atq; ego jurarem, te mihi vendidisse, vtilis hæc mihi ex emto dabitur actio: aut rem mihi legatam esse, vtili ex testamento actione experiar: & ita de alijs contractibus. *l. si duo patroni. 13. §. si quis juraverit. 3. & §§. seqq. ff. de iureiur.* 2.

Atq; hæc ferè juramenta formiter vt Dd. loquuntur præstita esse dicuntur. *Bart. in d. §. si quis juraverit. Schneidevin. in d. §. item si quis postulante. n. 61. ibi. & pro declaratione definitionis. &c.* 3

Alius ‡ enim præterea jurandi modus est, qui informis appellatur, cum videlicet nulla causa exprimitur, veluti si vsum fructum vel hæreditatem petam causâ non expressa: eaq; vel mea esse vel deberi mihi jurem, tum enim actio illa in factum appellata est, *l. sed & si possessori. 11. §. perinde. 1. & §. 2.* 4.

§. 3 *ff. de iureiur. Schneidevin vbi sup. d. n.* 60. & *seqq.*

5. Forma † autem libelli in hac actione sive formiter sive informiter agatur (nam si ab expressione causæ discesseris, nihil in vtroq; agendi genere differentiæ est.) sic ferè conscribi potest:

Coram vobis domino judice Scabinisq; compareo ego Titius, breviter proponens, quod cum nuper Sejum ob centum aureos mutuo ipsi datos (hæc si formiter agas, quod si informiter, verba illa: *mutuo ipsi datos*, & id genus prætermittuntur) convenissem Sejus autem intentionem meam negavisset, ac mihi sacramentum super illa petitione detulisset, ego id acceptaverim & debito modo ac tempore juraverim ea centum mihi mutua deberi. Cum autem Sejus adhuc minimè solverit jure tamen prospectum sit, vt jus jurandum tali casu celeriter expediatur atq; executioni mandetur, peto cum ad prædicta centum condemnari.

Plures diversas formulas libellorum quæ ex variis juramentorum casibus oriuntur *vide apud. Plat. in* §. *item si quis postulante. 11. n.* 6. & *seqq. Fabrum n.* 14. *Iason. n.* 89. *Zasium in fi.* vide etiam de juramento informiter delato plura singillatim infra *cap.* 121.

Wann du jemand für Gericht vmb eine Schuld oder andere sache belangest/ vnd auff delation oder schickung des beklagten schwerest/ das er dir das jenige was du forderst zu thun schuldig sey/ er aber nach geleistetem Eyde solchem nach zukommen seumig/ kanstu jn durch diese Klage dazu bringen.

Contra hanc † actionem nulla exceptio admittitur, Dato † enim jurejurando non aliud quæritur, quàm an juratum sit, remissa quæstione an debeatur, quasi satis probatum sit jurejurando. *text. in l. non erit.* 5. §. *dato.* 2. *l. nam postea.* 9. §. *iureiurando.* 1. *l. duobus.* 28. §. *fin. inst. ff. de iureiuran.* modò legitimè juratum sit. hoc est deferente adversario, & quæ alia necessaria sunt. *videl. ait prætor.* 3. *in pr. & d. l. non erit.* 5. *in pr. &* §. 1. *&* §. *dato. ibi gloss. in verb. dato. ff. de iureiuran.* 6 7.

Antequam autem juramentum suscipiatur, variæ sunt exceptiones proditæ quas explicare neq; huius est loci, & ab instituta præceptionis brevitate alienum.

Illud † obiter heic adijciemus, quod ex facto nuper apud nos quærebatur, an qui cum confessus crimen esset reus causas tamen allegaret, quibus omnis ab eo removeretur fraudis suspicio, si eam in rem purgationis sacramentum ipsi delatum esset, concedi illi oporteret, vt probationibus in juris jurandi vicem defungeretur? 8

Et arbitrabar equidem audiendum esse eum, quoniam † etiam in fraude capitali, quamvis confessus reus sit, innocentiæ tamen concessa per probationes defensio est, *Alexan. in l. ait prætor.* 3. *in pr. n.* 11. *ibi. secus in confessione. &c. ff de iureiur. Ioan. Schneidevin. in* §. *item si quis postulante.* 11. *n.* 25. *vers. contra quam probatio de innocentia. &c. instit. de action. & est eam in rem text. apertissimus in l. in criminibus.* 1. §. *si quis vltro.* 27. *ff. de quæstion.* 9

10 Iusjurandum † autem verè probatio non est, sed relevatio tantum ab onere probandi. *text. in l. non erit. 5. §. dato. 2. ibi. quasi satis probatum sit iureiurando. ff. de iureiur. Sichard. in l. in contractibus. 14. §. illo. 3. n. 2. vers. ad quod est respondendum. &c. C. de non num. pecunia. Nicol. Boër. decis. 85. incip. videtur quod non. n. 2. ibi. & est ratio quia iuramentum. &c. & copiosè probavimus in nostro de Notorio tractatu.*

Quamobrem si innocentiæ testandæ causâ adhiberi jusjurandum potest, multò magis vera propriaq; probatio admittenda est. Ne † fictum vero : improprium proprio plus immunitatis habeat. *Alexan. in l. si filius familias. 14. n. 1 ibi. nota quod plus non potest. &c. ff. si certum pet.*

12 Minor enim † veritate fictio est. *Bald. in l. si quis servo. 20. n. 11. ibi. quæro numquid ius commune. &c. C. de furt.*

13 Quinimò † haud aliter sacramento locus est, quâm ubi solemnis probatio deficiat, *Seraphin. de privileg. iuram. privilegio 1. n. 20. ibi. & primo limitatur non procedere. &c. Mascard. de probat. conclus. 94. incip. animus cum directò. n. 32. ibi. quinto limita quando alio modo. &c. Daniel Moller. ad constit. Saxon. 42. n. 30. ibi. sed verius est. &c. & n. seq. part. 4.*

Quæ & jurè Saxonico consentanea sententia est. *text. art. 15. incip.* Wer den andern *in fi. & art. 22. incip.* der erbe mag *in fi. & ibid. gloss. ad textum latin. in verb. de apparentibus. lib. 1.* Landrecht. *Dan. Moller. lib. 3. Semest. cap. 38. incip. valdè magnus est. n. 3. vers. in quo quidem statutum nostrum Saxonicum. &c.*

Quare omninò inhibenda est jurata purgatio, vbi legitima in promtu est probatio: Neq; † enim requirenda sunt commendicata fictionis suffragia, vbi alia remedia supersunt. *Iason. in l. si is qui pro emtore. 15. n. 218. ibi. ideò lex tunc demum. & c. ff. de vsurpat. & vsucap.* 14

His accedat, † quod generatim tradidit Bartolus *in l. in contractibus. 14. §. illo. 3. n. 13. vers. & idem puto, quod esset. &c. & Sichardus ibid. n. 2. vers. sed iure est cautum. &c. C. de non num. pecun.* Quotiescunq; quis plene probet, non posse ei vllum jusjurandum imponi quo quidem loco & hoc addidit Sichardus † non valere consuetudines eas, quæ probationibus munitum sacramentis subijciant. 15 16

Quæ quidem generalis sententia cur ad purgatoria sacramenta pertinere non debeat, causam nullam video. Quemadmodum † & illud, quod apud Bartolum *in l. manifestæ 38. n. 4. ibi. pro declaratione huius legis. & c. ff. de iureiuran.* legimus, recusari jusjurandum posse, aut ob deferentis personam, aut ob eius cui defertur, aut ob naturam loci eius in quo defertur, aut ob naturam negocij super quo jusjurandum imponitur quod postremum in plura rursam capita Bartolus distribuit. ceterum id ipsum, opinor, est, quod etiam nostræ sententiæ suffragetur, quoties, videlicet, ea causæ natura est, vt id, quod desideratur planum fieri probationibus possit, jusjurandum mehercle heîc necessarium non erit. 17

Atq; hanc † nostram definitionem secuti quoq; Scabini Lipsenses sunt, teste Mollero *ad constit.* 18

Saxonicam 22. tit. iuramentum purgationis. &c. n. 9. ibi. quæstionis autem est. &c. part. 1.

19 Et sanè † jure Saxonico recentiore minus ea res dubitationis habere videbatur, *per constit. Sax. 14. tit.* Wann der Kläger dem Beklagten den Eyd der Klage. *&c. in pr. vers.* Intemal derselbige d[illegible]tt. *part. 1. vbi VVesemb. in addit. idem verbis disertis adnotavit.* addens saltem ad diluendas præsumtiones, ex quibus juramentum purgationis imponitur, reum esse admittendum. Dato ergò quod juramentum purgatorium etiam non petitum adjudicari à judice queat, vt habetur *constit. Sax. 22. part. 1.* tamen id verum est, si nulla alia adsit probatio innocentiæ per auream doctrinam Ioan. Bapt Ploti *de mlit. iur. §. 48. n. 26. ibi & statutum aclex. &c.*

20 Equidem † sic statuo non modo solemni probatione, verum & conjectura ac præsumtionibus dimoveri necessitatem præstandi jurisiurandi purgatorij posse, quoniam idem & ob præsumtiones imponitur:

21 nihil † autem tàm est naturale, quam eo genere dissolvere vnamquamq; rem quo est constituta. *l. nihil. 36. ff de reg. iur.* in quam sanè sententiam eo promtius eundem est, quod alias propensiores deceat esse ad removenda sacramenta quam accersenda.

In hanc sententiam addi potest & hoc quod licet actor solenni probatione defunctus est, nihilominus contraria probatio (vulgò Gegenbeweisung) concedatur, quemadmodum ex communi practica pervulgatum est, dum igitur actor aliquid solummodò probat, quo reus non plenè convincitur, sed in suspicionem tantum conjcitur, cur non etiam reo aliquid

afferre conjecturæ permittendum esset, quo suspicionem illam à se depelleret? Inter † actorem enim ac reum servari æqualitatem oportebat. *Iason. in l. manifestæ. 38. n. 3. col. 2. vers. ergò eodem modo in casu contrario. &c. iunctis his quæ pòst vers. aut est iuramentum necessarium purgationis. &c. ff. de iureiur.* è quibus isthæc depromi videtur posse argumentatio.

Sed de his alibe fortasse vberius differendi locus dabitur.

CAPVT XLVII.

DE VTILI CERTI CONdictione quæ datur ex Confessione.

Von der Klage die aus eines andern für Gericht gethanen Bekentnis herrüret.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quid sit quoq; casu competat?*
2 *Instantia in civilibus causis triennio finitur.*
3 *Actæ perpetuo durant.*
4 *Forma libelli in hac actione.*

VICESIMASEXTA † prætoria actio est, si quis in judicio confessus fuerit debere se quid 1.

mihi, hanc adversus eum instituere actionem, licebit *l. proinde.25. §. si procurator. 1. & §. seq. ff. ad L. Aquil.*

Veluti vt certum quiddam & breve exempli causâ ponamus, agebam contra de certi condictione ex mutuo, quod cum forsitan vsq; adeò probare non possem, tu id vltrò confessus es, veruntamen negligenter in exigenda sententia versatus triennium præterlabi atq; ita instantiam perire passus sum, in civilibus † etenim causis instantia triennio perit. *l. properandum. 13. §. censemus itaq. 1. C. de iudic.* nunc agere cupio condictione certi ex mutuo illaq; confessione tuâ, id quod concessum mihi legibus est:

Neq; enim acta, apud quæ tu confessus debitum es, percunt, quamvis evanuerit instantia. Quippe † cum gesta, quæ sunt translata in monumenta publica, perpetuam habeant firmitatem, adeò vt nec cognitoris mortе publica eorum fides pereat. *text. in l. gesta fin. C. de re iudic.* quæ quidem auctoritas ad aliam quoq; instantiam extenditur *Bald. in d. l. gesta.*

Ex his † consequens est hunc in modum libellum actionis eius efformandum esse: Ago ego Titius contra Sejum, qui fuit coram judice confessus, se mihi debere decem, cum illa decem peterem ab eo, ex causâ mutui, vnde vt illa decem mihi solvat, ago contra eum & propono vtilem certi condictionem ex mutuo.

Wann einer vor Gericht gestendig ist / das er dir etwas schüldig / vnd du würdest seumig zum vrtell zuvorfahren / also das drey Jahr / vnd also diese instantz verflossen were / kanstu nichts desto weniger auff solch bekentnis newe Klage anstellen / vnd das jenige / was er in voriger instantz gestanden / durch diese Klage erlangen.

CAPVT XLVIII.

DE ACTIONE NEGOCIorum gestorum directâ.

Von der Klage / wann jemand einem andern ohne ausdrücklichen befehl seine sachen vorwaltet hat

SVMMARIA.

1 *Negociorum gestorum actio quæ sit, & ad quid competat. n. 2.*
3 *Negociorum gestor inventarium conficere tenetur.*
3 *Negociorum gestor si non confecerit inventarium juratur contra eum in litem.*
5 *Actionis hujus eventus quis sit.*
6 *Forma libelli in actione negociorum gestorum directa.*
7 *Rati habitio an pariat negociorum gestorum actionem.*

VICESIMA SEPTIMA † prætoria actio est : Si quis absente te vel præsente quidem sed ignorante sine mandato tua gesserit negocia, competit tibi adversus eum directa negociorum gestorum actio, sive plura negocia tua gesserit. *l. ait prætor. 3. in pr. & §. negocia. 2. ff. de negoc. gest.* 1.

Competitq; † hæc actio contra gestorem ad reddendas rationes administrationis suæ *Schneidevin in §. actionum. 28. rub. de actione negociorum gestorum. n. 7. ibi. quartò principaliter quæritur. &c.* 2.

3. Cumq; gestor negociorum teneatur conficere inventarium ac libros rationum. *Bald. in l. cum oportet. §. non autem. C. de bon. quæ lib. per l. nulli. & ibi Dd. C. de Episcop. & Cler. & in authen. sed cum testator. in pr. C. ad l. Falcid. Speculat. in tit. de instrument. edit. §. nunc verò aliqua. vers. sed an teneatur inventarium. &c. cum seq. Socin. cons. 190. incip. memini. lib. 2. Ioan. Baptista Plot. in tract. de in lit. iuran. §. 18. incip. actio negociorum gestorum. n. 3. ibi. gestor negociorum. &c. vbi pradictos auctores in hanc sententiam allegat. quibus adde quæ nos Modestino Pistoris adiecimus illust. quæst. 126. incip. in petitione. n. 47. ibi. porrò vt & ea &c.* Consequens est, vt † si id prætermiserit facere, in litem adversus eum juretur. *Ioan. Bapt. Plot. vbi sup. n. 1.*

4. Idemq; est &, si confecerit quidem sed confusè aut sine ordine aut etiam imperfectè. *vt ibi per Plotum loco memorato. Schneidevin in d. §. actionum. 28. rub. de actione negoc. gest. n. 7. vers. circa quod singulariter notandum &c. Instit. de action.*

5. Eventus † autem actionis huius spectat omne id in quo damnum ad dominum è mala neglegentiq; gestoris administratione profectum est, seu dolo seu latâ vel levi culpâ. *Schneidev. vbi sup. n. 8. ibi. Secundo datur ad omne. &c. & n. seq.*

6. Sic † itaq; libellus faciendus erit:

Ago Titius adversus Sejum, quòd anno salvatoris 1598. Pataviam ad optimarum artium perdiscenda studia profectus, nulli metallicas res meas curandas mandârim, Sejusq; ad eas sine mandato meo spon-

te accel-

te accesserit, ac fructus quidem earum toto absentiæ meæ spacio perceperit, ceterum initio tantum gestionis suæ collectas persolverit, post autem suâ in exhibendis collectis Symbolisq; negligentia effecerit, vt jure metallico proscriberer, qua quidem re non minima mihi per eum pars incommodorum invecta est. Quamobrem eum peto ad rationes susceptæ gestionis reddendas fructuum quos percepit restitutionem, detrimentorumq; restaurationem vna cum eo quod meâ interfit ac ceteris impensis condemnari.

Wann einer deines abwesens vnnd ohne deinen außdrücklichen Befehl aus gutem willen deine sachen verwaltet / vnd er dir etwa schaden zugefüget / oder auch nur etwas in solcher verwaltung von deinen Gütern genossen / vnnd eingehoben / kanstu dasselbe alles durch diese Klage widerumb von jhm erlangen.

An † autem in specie *l. si pupilli. 6. §. idem ait.* 10. *ff de negoc. gest.* cum scilicet, quis negocia alicujus gerit ea non istius sed alterius tertij negocia esse ratus hæc negociorum gestorum oriatur actio si is, cujus revera sunt, ratum habuerit, quod gestum est, acutè differentem vide Ioannem Robertum *lib. 2. sentent. cap. 6. incip.* *non leve dissidium.* 9.

CAPVT XLIX.

DE ACTIONE NEGOciorum gestorum pro tutore vel curatore.

Von der Klage do eines Vnmündigen sachen ohne befehl vorwaltet sein.

SVMMARIA.

1 *Actio negociorum pupilli nomine gestorum quæ?*
2 *Forma libelli in hac actione si tutor pupilli nomine, contra gerentem agat.*

1. VICESIMA OCTAVA † prætoria actio est, si quis pupilli minorisve, cui tutor vel curator esset, negocia gesserit, quæ vt tutor ipse aut curator gereret officio eius ratio exigebat: tum enim hæc tutori aut curatori actio adversus gerentem competit, eius quippe causa erat curâ saltem atq; sollicitudine, idcircoq; gessit alter, vtne tutelæ judicio tutor curatorve teneretur. *text. in l. si pupilli. 6. in pr. ff. de negoc. gest.*

2. Hinc † ita libellum finges:

Ago ego Sejus contra Titium, qui Sempronij pupilli mei negocia gessit, eâq; ex gestione decem penes se habet: Cumq; ea res ad meam curam sollicitu-

dinemq;

dinemq; pertineat, idcircò ad memoratam ſummam mihi præſtandam peto Titium condemnari, hac negociorum geſtorum actione propoſitâ.

Wann jemand eines Vnmündigen ſachen oder geſchefftе vorrichtet / vornemlich dorumb / das der Vormund nicht in gefahr wegen ſeiner vorwaltung gegen dem Vnmündigen komme / ſo hat der Vormund auch dieſe Klage wegen ſeines Vnmündigen anzuſtellen / wann jener aus ſolcher vorrichtung noch was bey ſich hat / oder durch ſeine verwarloſung ſchade geſchehen.

CAPVT L.

DE VTILI NEGOCIORUM geſtorum actione, vulgò protutelæ.

Von der Klage do jemand eines Vnmündigen geſchefftе oder handel vorwaltet der meinung als ſey er des Vnmündigen Vormund.

SVMMARIA.

1 *Hæc actio quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Quis hac actione teneatur &c. v.*

4 *Forma pro tutore vel curatore gerentis tacitè pupillo vel minori obligantur.*

5 *Contraria actio quæ protutori competat.*

1. VICESIMANONA † prætoria actio est, si aliquis credens se curatorem, gerat negocia minoris vel adulti competit adulto contra cum vtilis negociorum gestorum actio. *l. ait prætor.* 3. §. *& si furiosi.* 5. *ff. de negoc. gest.*

2. In ea † sic forma libellum.

Ago ego Titius contra Sejum, qui credens se meum curatorem, administravit negocia mea, & malè, quare vt rationes mihi reddat administrationis suæ, condemnari eum peto: &c. vel sic: quia dolo vel culpâ suâ latâ vel levi commissâ ab eo in administratione, sum damnificatus in decem, vel ex illâ administratione habet decem, ideò illa decem peto, & ad hoc propono vtilem negociorum gestorum actionem.

Quod ita formari libellus debeat, probatur. *ex d. l. ait prætor.* §. *& si furiosi. & ex l. curatorem.* 6. *l. curatoris.* 17. *C. de negoc. gest. l. militiæ.* 4. *C. qui dare tutor. vel curator. poss. l.* 1. *& tot. tit. ff. de eo qui pro tutore vel cur. negocia gessit. & ibi Matth. VVesemb. in paratit. n.* 1. *&* 2.

3. Hac actione † etiam tenetur verus tutor, qui non gessit. *gloss. in l. pro officio.* 20. §. *idem est.* 1. *in verb. & si tutor. C. de adminis. tut.*

Quemad-

Quemadmodum † autem veri tutoris, ita etiam eius, qui pro tutore vel curatore gessit, bona pupillo tacitè obligantur. *gl. in d. l. pro officio.* 20. §. *idem est.* 1. *in verb. & si tutor.* 4.

Sed & † hoc notandum, contrariam quoq; huic, pro tutore vel curatore gerenti actionem competere, vt ex supra allegatis legibus cognosci potest. & infra *cap.* 53. latius explicabitur. 5.

Wann einer in dem wahn stehet als were er jemandes Vormund/ vnd derwegen seine sachen vnd Güter vorwaltet/ kan er durch diese Klage belanget werden/ vnd er hinwiderumb derselben sich gebrauchen/ wann einer dem andern von wegen solcher verwaltung vnd Haußhaltung etwas schüldig wird.

CAPVT LI.

DE CONTRARIA NEgociorum gestorum actione.

Von der Klage die einer hat wider den des geschefft er vorwaltet.

SVMMARIA.

1 *Negociorum gestorum actio contraria quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. TRICESIMA † prætoria actio est contraria de negocijs gestis, quæ datur negocia alterius absentis, sine mandato gerenti, contra eum, cujus negocia gessit, ad repetendum scilicet id, quod de suo in negociorum gestionem impendit, & quicquid ei illo nomine abest, vel abfuturum est. *l. si quis absentis. 2. ff. de negoc. gest. §. igitur. 1. Instit. de obligat. quæ quasi ex contractu nascun. Schneidevin in §. actionum. 28. tit. de actione negociorum gestorum contrariâ. n. 14. ibi. è diverso datur contraria. &c. Instit. de action.* Vbi etiam casus quã plurimos hujus actionis speciatim recenset.

2. Vnde † si vis agere ad consequendum id, quod impenderas, sic libellum efformare poteris:

Ago Titius contra Sejum, paucis proponens, quod Sejus vltra triennium in Italiâ & alijs locis abfuerit. Quia verò agros ego ipsius ex singulari amicitiâ ad commodum eius curandos susc epi & omni necessariâ culturâ vsq; ad reditum eius diligentissimè servando, constructioni sepium in maximum ipsius commodum circiter centum aureos impendi: jura autem neminem cum alterius jactura locupletiorem fieri aut suum alicui officium damnosum esse velint, talesq; expensas etiam sine mandato solutas exigi permittant. Idcircò peto pronunciari Reum in centum aureorum satisfactionem. &c.

Wann du eines andern geschefftе vorrichtet/ oder seinen Acker oder andere Güter bestellet/ vnd darein etwas gewendet hast/ da du doch dessen von jhm keinen befehl hettest/ so kanstu dasselbige vermittels dieser Klage wider erlangen.

CAPVT LII.

DE ACTIONE CONtraria pro tutore.

Von der Klage wider einen Vnmündigen dessen geschefftе einer ohne befehl vorwaltet.

SVMMARIA.

1 *Contraria eius qui tutoris vice pupilli negocia gessit actio quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Etiam adversus pupillum hæc actio competit & quando?*
4 *Procuratoris alieni nomine si quid gestum sit, hæc actio competit.*

TRICESIMA PRIMA † prætoria actio est, si quis pupilli aut minoris, qui tutorem curatoremvè haberet, negocia gesserit, ne tutor aut curator tutelæ judicio teneretur, ipséq; aliquid impenderit, dabitur ei hæc adversus tutorem curatoremvè actio. Quæ de negocijs gestis contraria appellatur, *text. in l. si pupilli. 6. in pr. ff. de negoc. gest.* 1

Sic † itaq; libellum forma: Ago Titius contra Sejum qui cum tutor (vel curator) Sempronij esset hujusdem Sempronij negocia gessi, atq; in ea decem vtiliter impendi, quæ vt mihi Sejus restituat, eum condemnari peto. 2

Wann jemand eines vnmündigen oder minderjährigen geschefftе verrichtet / domit sein Vormund nicht in gefahr seiner Vorwaltung halber / gegen dem Vnmündigen / gedenke / vnd derselbe hat in dieser vorrichtung dem Vnmündigen oder minderjährigen zum besten etwas angewendet kan diese Klage wider den Vormund angestellet vnnd das ausgelegte Geld oder was sonsten angewendet / dodurch wider erlangt werden.

3. Hæc tamen † gerenti actio etiam adversus pupillum competit, si modo is locupletior ex eâ gestione factus sit. *d. l. si pupilli. 6. in pr.*

Adde quod hæc actio etiam adversus procuratorem negociorum alienorum competat. *gloss. in d. l. si pupilli. 6. in pr. in verb. obligatum.*

CAPVT LIII.

DE CONTRARIA PROtutelæ Actione.

Von der gegenklage des jenigen so sich vor einen Vormund gehalten.

SVMMARIA.

1 *Protutela actio contraria quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

TRICESIMA SECVNDA † prætoria actio est: Si quis tutorem se credens pupilli alicuius bona eius administraverit, atq; eâ in gestione aliquid impenderit, potest illud repetere per contrariam protutelæ actionem. *l. eiqui. fin. ff. de eo qui pro tutore vel curat. gess.* 1.

Vnde † sic libellum formabis: 2.

Ago Titius contra Sejum, cujus bona administravi tutorem me eius esse ratus, qua in administratione decem expendi, quocirca vt ea mihi restituantur, contrariam hanc protutelæ actionem instituo. Rectè sic formari libellum *patet ex d. l. fin. cui adde l. contraria. 1. in pr. iuncto §. hæc actio. 1. & seqq. ff. de contraria & utilitut. act.*

Wann jemand vermeinet/ er sey eines vnmündigen Vormund / derowegen seine Güter vorwaltet/ vnd etwas darauff an vnkosten oder sonsten wendet/ hat er diese Klage wider den Vnmündigen / so bald er seine mündige Jahre erreicht/ anzustellen. *l. 1. §. finito. 3. ff. de contrar. & utili int. act.*

CAPVT LIIII.

DE ACTIONE DEPOsiti, in quatuor casibus.

Von der Klage wegen vertrawetes Gutes / in vier fellen.

SVMMARIA.

1 *Depositi actio ob incendij, ruinæ, naufragij tumultusve metum quæ & ad quid competat.*

2 *Forma libelli in hac actione.*

1. TRICESIMA TERTIA † prætoria actio est, si tu apud aliquem, quid rerum tuarum imminentis incendij, ruinæ, naufragij aut tumultus metu deposueris, ages contra eum depositi actione, ita quidem, vt si depositarius negârit, ac pòst convincatur mendacij, duplum præstare teneatur *l. depositum. 1. §. prætor ait 1. & §. 2. & 3. l. quod tumultus. 18. ff. depos. Schneidevin in §. præterea 3. n. 19. vers. & regulariter competit in simplum. &c. Instit. quib. mod. re contrah. obligat. text. in §. rei persequendæ. 17. & ibi Schneidevin. tit. de actione depositi. n. 33. ibi. in quatuor tamen casibus. &c. Instit. de action.*

2. Sic itaq; † in hac actione libellus formabitur:

Ago Sejus contra Titium, aptid quemdecimo quinto Februarij die anni hujus 1601. imminentis incendij metu, depoſui mille aureos, quos cum nuper ab eo, per miniſtrum meum, repoſcerem, nihil ab eo reſponſi tuli, quocirca eum ad reſtitutionem eorundem vrgeri peto, & ſi inficiatus fuerit, duplum ſummæ memoratæ repoſco, hancq; eam in rem actionem intendo.

Wann du dich entweder Fewersbrunſt/ oder einfalls eines Gebewdes oder Schiffbruchs oder Aufruhrs befahreſt/ vnd ſolcher furcht oder gefahr halben/ deiner Güter etwas jemand vertraweſt/ kanſtu daſſelbe vermittels dieſer Klage geduppelt wider erlangen/ ſo es dir jener verneinen würde.

CAPVT LV.

DE ACTIONE VIÆ Rejectæ.

Von der Klage wegen vorleiteter Landſtraſſe.

SVMMARIA.

1 *Viæ publicæ rejectæ actio quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

TRICESIMA QVARTA † prætoria actio viæ rejectæ appellata peculiari hoc nomine eſt. *gloſſ. in l. ſi in agrum. fin. in verb. viæ re-*

iectæ.

1

2

iecta. ff. de via publica. & competit vicino in cujus agrum ab vicino via publica rejecta est, nam si in agrum vicini viam publicam quis rejecerit, tantum in cum viæ rejectæ actio dabitur, quanti eius interest, cujus fundo injuria irrogata est. *ait Paulus in d. l. fin. ff. de via publ.*

2. Hinc † libellus modo sequenti scribetur:

Ago Titius contra Sejum, qui in agrum meum viam rejecit seu immisit, propter quod mea interest in centum, ne illa via ita rejecta sit, vnde illud meum interesse petо, & ad hoc propono actionem viæ rejectæ.

Wann jemand die öffentliche Landstrasse/ so etwa vber oder neben seinem Acker gangen / auff deinen Acker vorleitet / kanstu wider jhn diese Klage anstellen / dodurch so viel zu erlangen/ als dir doran gelegen/ das die strasse auff deinen Acker nicht gebracht were.

CAPVT LVI.

DE ACTIONE QVOD metus causa.

Von der Klage wegen des schadens so man aus furcht oder zwang erlitten.

SVMMARIA.

1 *Actio quod metus causa quæ?*
2 *Actionis quod metus causa definitio.*
3 *Forma libelli in hac actione.*
4 *Actio hæc quando locum habeat.*
5 *Differentia huius actionis ab vtili in rem actione.*
6 *Actio quod metus causa famosa est.*
7 *Actio hæc vtilem rei vindicationem consumit & contra illa hanc.*
8 *Violentiæ quinq; genera recensentur.*

TRICESIMA QVINTA † prætoria actio est: 1.
Si quis ab aliquo per metum mortis, vel qui continet periculum corporis & cruciatum, qui etiam caderet in hominem constantis animi, compellat, vt rem aliquam sibi tradat, vel vendat, vel donet, vel eum ab obligatione liberet, vnde succurritur metum passo per actionem hanc, quod metus causâ quæ personalis est, & prætoria & quemlibet possessorem rei persequitur.

3 Ac definitur † quidem hæc actio in hunc ferè modum: Quod sit actio personalis, in rem scripta & arbitraria quæ datur illi, qui per metum cadentem in constantem virum ad alienandam vel dandam aliquā rem coactus est, contra quemcunq; rei possessorem, ad rescindendum contractum, & restitutionem rei, & infra annum ad quadruplum eius rei, post annum autem in simplum. *Schneidewin in §. quadrupli 25. cap. de actione quod met. causa. n. 34. ibi. & hoc modo describi potest. &c. Instit. de action.*

4. Sic itaq; † libellus formabitur:

Ago Titius contra Sejum qui compulit me per metum vt sibi venderem, vel promitterem talem rem, vel eum ab obligatione liberarem, vnde, vt me abs tali obligatione liberet, vel vt se in pristinum contractum reponat, rescisso eo, quod gestum est, pronunciari, eumq; condemnari peto, & si intra annum ab eo tempore quo metum passus es, agas, petere potes, eum in quadruplum condemnari: Sic rectè formari libellum probatur *ex §. quadrupli. 25. Instit. de act. l. 1. l. metum. 9. §. volenti. 4. & passim tot. tit. ff. de eo quod met. causa.*

5. Habet † autem hæc actio locum sive perfectum sive imperfectum negocium sit, sicuti & cum per metum penitus est sublata obligatio. *l. metum. 9. §. sed quod prætor ait. 3. & §. ex hoc edicto. 7. ff. quod met. causâ.*

Differet autem † hæc actio ab illâ, de qua supra *cap. 28.* diximus, illa enim realis est ac rem ipsam repetit, vt ibi dictum est, hæc verò quamvis & ipsa rem

perſequatur, tamen perſonalis eſt, potius in rem ſcripta. *d. l. metum. 9. §. cum autem 8 ff. quod met. cauſ.* neq; tàm rem aut ſolam rem, quàm etiam damna atq; intereſſe, adeoq; & pœnam perſequitur cum videlicet. quis reſtituere recuſat. *VVeſemb. in paratit. ff. eod n. 6. ibi hæc igitur actio. &c. text. in l. ſi cum exceptione. 14. §. ſi quis 1. & §. in hac. 3. ff. eod. l. ſed & partus. 12. in pr. eod.*

Sed & † famoſa hæc eſt, illa verò vtilis rei vindicatio non. *VVeſemb. in paratit. ff. eod. n. 9. ibi ſunt autem & alia remedia. &c.* 6

Altera † tamen alteram conſumit. *d. l. metum. 9. §. licet tamen. 6. ff. eod.* 7

Cætera quæ *ibi d. cap. 28. ſupra n. 3. ibi & nota quod hæc actio. &c. & n. ſeqq. vſq; ad fin.* dicta ſunt communia huic actioni cum illa ſunt. Idcircò huc, ſi velis, repetere potes.

Wann du von jemand aus ſtarcker vnd bewegender furcht gezwungen biſt / jhm etwas zu verkeuffen oder ſonſten zu kommen oder in ſeiner verpflichtung / damit er dir verhafftet geweſen / loß zu laſſen / kanſtu dieſe Klage anſtellen / die ſache in ſeinen vorigen ſtand zu bringen / vnd wo ferner dir das deine nicht wider gegeben würde / daſſelbe binnen Jahres friſt vierfeltig zu erſtatten / bitten.

De varijs † violentiarum generibus quæ ferè quinq; â gloſſatore Accurſio & Doctoribus numerantur *vide gloſſ. in l. exſtat. 13. ff. quod met. cauſ. & Schneidewin in d. §. quadrupli. 25. d. cap. de actione quod met. cauſ. n. 33. ibi. ad intellectum huius actionis. &c. Inſtit. de action.* 8.

Dicitur enim. 1. quædam vis expulsiva. 2. quædam ablativa. 3. turbativa. 4. inquietativa. 5. compulsiva. quæ postrema actionis est.

Es ist im Rechten fünfferley Gewalt eine da man einen mit Gewalt außtreibt. 2. Da einem etwas mit Gewalt genommen wird. 3. Do einer gewaltiglich in dem seinen turbirt vnnd dorinne an seinem Rechten gestöret wird. 4. Do man einem vnruh in dem seinen mit gewalt öffentlich oder heimlich machet. 5. Do einer mit gewalt gezwungen wird.

CAPVT LVII.

DE ACTIONE de dolo.

Vonder Klage wegen betrugs.

SVMMARIA.

1 *Actio de dolo quæ?*
2 *Forma libelli, quando dolus causam dedit contractui bonæ fidei.*
3 *Dolus causam dans contractui bonæ fidei annullat eum.*
4 *Forma libelli quando dolus incidit contractui bonæ fidei.*
5 *Dolus cum incidit contractui stricti juris quatenus detur doli actio.*
6 *Forma libelli si dolus incidit contractui stricti juris.*

1 *Dolus cum causam dat contractui stricti juris valet contractus sed excipitur aut agitur de dolo.*

2 *Forma libelli cum dolus causam dedit contractui stricti juris.*

TRICESIMA SEXTA † prætoria actio est de dolo: nam si quis te dolo decipiat, in contractu sive ex proposito, sive ex incidenti, habes contra ipsum actionem de dolo. In qua sic forma libellum, quando dolus dat causam contractui bonæ fidei: 1.

Ago † Sejus contra Titium qui me dolo induxit, ad hoc, vt sibi venderem codicem meum, aliâs non venditurus, & illum codicem ipsi tradidi, vnde vt eundem codicem mihi restituat, ago contra ipsum & ad hoc propono actionem de dolo. 2.

Quod ita rectè concipiatur libellus dicit *l. & eleganter. 7. in pr. ibi. aut nullam esse venditionem. & c. ff. de dolo.* Dolus † enim causam dans contractui bonæ fidei efficit vt contractus sit ipso jure nullus. *Schneidevin. in §. actionum 28. in or. n. 24. vers. primo casu dolus dans causam contractui. &c. Instit. de act. vbi hanc communem * dicit.* 3

Quod † si dolus incidat in contractum bonæ fidei, sic formabis libellum: 4.

Ago Sejus contra Titium, qui cum proponerem vendere codicem meum viginti aureis, dolo suo incidente contractui me decepit in duobus: vnde vt illos duos mihi det & solvat, ago contra ipsum, & ad hoc propono actionem ex vendito. 8

Quod ita rectè formetur libellus, etiam pro minimâ quantitate dicit *l. Iulianus. 13. §. per contrarium. 5. ff. de action. emti.* agitur enim ex eo contractu cui dolus incidit *Schneidevin. vbi sup. n. 31. ibi. tenet igitur. &c.*

5. Sin † autem dolus incidat in contractum stricti juris Tunc si quantitas est vltra duos aureos, dabitur actio de dolo *text. in l. & eleganter. 7. §. non solum. 3. in fi. ibi. in ex stipulatu, autem de dolo. &c. & l. si quis affirmaverit. 9. §. fin. & l. seq. ff. de dol. Schneidevin vbi sup. n. 32. ibi. aut enim dolus incidit in contractum stricti iuris. &c.*

6. Et tum † sic concipe libellum:

Ago Sejus contra Titium, qui in promissione, quam ipsi feci, decepit me tribus aureis, vnde vt prædictam quantitatem mihi restituat, peto condemnari cum actione de dolo propositâ.

7. Deniq; † si dolus causam dederit contractui stricti juris, tunc tenet contractus, sed obstat exceptio doli si ex eo contractu agatur. *l. dolo 5. C. de inutilib. stipulat. l. si quis cum aliter. 36. ff. de verb. obligat.* vel si ad traditionem processum sit, actio competit de dolo, ad rescindendum eum contractum. *Schneidvin vbi sup. n. 29. ibi. secundo casu quando dolus dat causam contractui. &c.*

8. Libellus † autem hoc casu ita formabitur.

Ago Titius contra Sejum qui dolo me induxit vt equum meum illi stipulanti promitterem aliâs non promissurus peto ergò eum contractum rescindi & equum mihi (si jam traditus est) restitui, & actionem hanc in eam rem propono.

Plura de differentijs inter actiones de dolo in bonæ fidei & stricti juris contractibus vide apud Schneidevinum *vbi sup. in d.* §. *actionum.* 28. *in pr. an.* 1. *vsq; ad n.* 52.

Wann dich einer betrieglicher weise dazu bewogen das du jhm etwas vorkaufft oder vormietet / oder mit jhm eine Gesellschafft eingegangen oder dergleichen Contract vnnd vorpflichtung so gutes Glaubens (bonæ fidei contractus) ist / mit jhm geschlossen / so ist solcher Contract vnd vorpflichtung nichtig / vnd du kanst denselben gantz vnd gar als null vnnd nichtig anfechten / vnd das jenige / so du zu erfüllung solches Contracts gethan / zu wercke gerichtet oder vbergeben / wider fordern.

Do aber der jenige mit betrug dich nicht zum Contract vnd vorpflichtung bewogen / besondern in dem Contract vnd Handlung dich betrogen hat / vnd derselbe Contract auch / wie gemeldet / gutes Glaubens ist / so ist er zwar nicht nichtig / besondern krefftig / du kanst aber krafft solches Contracts auff die erstattung desselben / dorumb jener dich betrogen hat / Klagen.

Wann hiergegen der Contract nicht gutes Glaubens sondern genawes Rechtens (hoc est stricti juris) ist / da dich niemand entweder demselben mit jm vorzunehmen vnd zu schliessen / durch betrug bewogen / oder auch in demselbigen Contract vnd handlung dich betrogen hat / so bleibt solcher Contract in beyden fellē bey krefftē / du kanst aber dich mit der exception doli dawider schützen / wann jener krafft solches Contracts dich beklagen

wolte

wolte: Oder hast auch deine Klage wider ihn zu dem ende anzustellen / das solcher contract cassirt vnd auffgehaben werden / vnd du das jenige / das zu erfüllung dieses Contracts / von dir zu wercke gerichtet / oder jenem zugestellet / wider erlangen mögest.

CAPVT LVIII.

DE ACTIONE FVRti manifesti.

Von der Klage wegen offenbaren oder Handhafften Diebstals.

SVMMARIA.

1 *Furti manifesti actio quæ?*
2 *Forma libelli in furti actione civili.*
3 *Criminaliter furti cum agitur, quomodo fur puniatur?*
4 *Iure Saxonico quæ furti pœna sit?*
5 *Remissiones de furto.*

1. TRICESIMA SEPTIMA † prætoria actio est furti manifesti: nam si quis rem tuam auferat tibi, & tu illum in eo delicto deprehendas, vel eodem die, antequam perveniat ad locum destinatum, deprehensus vel visus fuerit, habes contra illum

actionem

actionem furti manifesti in qua sic forma libellum:

Ago † Titius contra Cajum qui huius mensis Aprilis die 20. anni hujus 1601. ex hypocausto meo domus meæ clara luce Scyphum argenteum valoris 30. aureorum ad me dominij jure spectantem inscio atq; invito me asportavit, atq; furtivè subtraxit, idq; nonnullis hominibus inspectantibus eumq; inclamantibus. Quare peto declarari ac pronunciari Cajum commisisse furtum manifestum atq; vigore ac dispositione juris civilis vltra ablati Scyphi restitutionem ad æstimationem ejus in quadruplum, nimirum in 120. aureos teneri, quam in summam cum expensarum refusione eum condemnari peto. &c. Quod ita rectè formetur libellus probatur. §. *furtorum.* 3. *vers. manifestus.* & §. *fin. Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc.* § *ex maleficijs.* 18. & *ibi Schneidevin. sub tit. de actione furti. n.* 4. & *seqq. maximè n.* 19. *Instit. de action. l. fur est manifestus.* 3. *ff de furt.* 2.

Wann dir jemand etwas gestolen vnd mit dem gestolnen Gute noch an dem Ort/ da ers gestolen hat/ oder auff dem wege/ ehe er an den Ort kömpt/ da ers hin bringen wil/ angetroffen wird/ ist er ein offenbahrer Dieb/ welchen man auch nennet / das er auff handhaffter That begriffen/ wider denselben kanstu nach allgemeinen Keyserlichen Klagen/ das er dir das gestolne Gut vierfechtig bezahlen müsse/ vber das / was das Gut an jhm selbst werth ist / als wann er 10. Gülden gestolen müste er 40. fl. vnd dazu die 10. fl. auch erstatten.

Wann er aber nicht oberzehlter massen in öffentlichem Diebstal betretten/ sondern allbereit mit dem gestolenen Gut dauon kommen / so wird er nur auff zwifache erstattung wider die widerkehrung deß Gutes belanget/ als wann er 10 fl. gestolen muß er zwantzig wider geben vnd vber diß die 10. fl.

Quod si criminaliter agere super furto velis, & furtum excedat summam quinq; aureorum, præmissa facti narratione, quam supra præscripsimus, petes eum strangulari vel (quæ frequentior hodie in criminalibus accusationibus recepta petendi consuetudo est) eum pœnis legitimis coërcere. Nam in criminalibus necesse non est pœnam nominari.

3. Punitur † autem hodie fur, qui vltra quinq; aureos furatus est pœnâ suspendij, de qua habes apud *Dan. Moller. lib. 1. Semest. cap. 37. incip. non apud iureconsultos tantum. per tot.*

4. Idemq; † & jure Saxonico est, *per text. art. 13. incip.* nun vernembt. *in pr. lib.* 2. Landrecht. Do sagt der Sachse: Den Dieb sol man hengen.

5. So du † auch was mehr von Diebstal lesen wilst/ sonderlich wie es nach Sachsen Rechten damit allenthalben gehalten würdet / kanstu lesen im Sachsenspiegel. *art. 57. lib. 1. artic.* 13. 28. 29. 35. 36. 37. 39. 60. 64. *lib. 2. artic.* 5. 7. 47. 89. *lib.* 3. *& ibi vbig. gloss.*

Vnd im Lehenrecht *Cap.* 44. 45. 69. *& ibi gloss.*

Vnd im Weichbild *artic.* 27. 32. 36. 37. 38. 39. 40. 56. 112. 113. (vbi von handhafftem Diebstal) *& art.* 118. 119. 120. 130. 133. 134. 135. 136. *& ibi vbig. gloss. tot. tit. Instit. de obligat. quæ ex delicto nascunt.*

& ibi Schneidevin. maximè in §. fin. n. 7. ibi de iure tamen Saxonico. &c.

Aldo wirstu befinden / das / wann wider einen Dieb Peinlich geklaget würdet / vnd er vber funff gülden soliden wert gestolen / das er gehenget werde.

Do aber die Summa vnter fünff gülden / wird er mit Ruten außgehawen / vnd vorweiset.

Nach Churfürstlicher Sächsischer Landsordnung muß der Diebstal vber funff der besten Vngerischen gulden werth sein / sol der Dieb gehencket werden. *Constit. Saxon. tit.* 32. von dem Diebstal *part.* 4. *vbi plura de furtis.*

Vnnd worumb jetziger zeit wider einen Dieb so scharffe straffe eingeführet sey / vnnd was mehr diesem allem anhengig sein möge / findestu daselbst an jetztgedachten Orten / dann allhie were es zu lang worden die gantze materiam vom Diebstal zu beschreiben.

CAPVT LIX.

DE ACTIONE FVRTI ADversus nautas caupones & stabularios.

Von dem Diebstal so auff den Schiffen / in den Wirtshäusern vnd Stallungen begangen worden.

SVMMARIA

1. *Actio hæc quæ & quando competat.*
2. *Forma libelli in hac actione, contra nautam cauponem aut stabularium ipsum.*
3. *Forma libelli in hac actione contra ipsum furem.*
4. *An sic in vtriusq; personam tàm domini furis, quam ipsius furis rectè instituatur actio.*

1. TRICESIMA OCTAVA † prætoria actio est: Si nauta caupo stabularius vel aliquis de eorum familiâ furto tibi res tuas subtraxit habes contra eum furti actionem in duplum, in qua sic forma libellum:

2. Ago † Sejus contra Titium in cujus navi, cauponâ seu stabulo res sua merces intuli seu immisi, quæ res mihi subtractæ sunt à tali, vnde contra cauponem ago actione in factum ex illo titulo, furti adversus nautas caup. stabular.

Si autem † vis agere contra illum, qui surripuit dices: 3.

Ago Sejus contra Cajum, qui merces seu res, quas intuli, seu immisi in navem, seu cauponam seu stabulum Tirij, mihi subtraxit, vnde nomine prædictarum mercium iu duplum ago contra ipsum, & ad hoc propono actionem furti manifesti vel nec manifesti, ex illo titulo furti advers. naut. caup. vel stabular.

Quod † autem in vtriusq; personam rectè concipiatur libellus dicit *text. in l. 1. in prin. & §. 3 ff. furti advers. naut. caup. stabular.* 4.

Wann du zu einem Schiffherrn oder Gastwirt/ oder dem jenigen der Stallungen vor Pferde vnd dergleichen Thiere helt/ etwas eingebracht/ vnd dir etwas gestolen würdet/ kanstu wider den Herrn selbst diese Klage anstellen/ vnd das deine zweyfechtig wider bekommen. Jngleichem stehet es auch in deiner Gewalt/ ob du diese Klage wider den/ der dich bestolen hat/ anstellen wolst.

CAPVT LX.

DE ACTIONE IN FACTVM ex edicto nautæ caupones stabulatij.

Von der Klage wegen derer Güter die in ein Schiff / Wirtshauß oder Stall eingetragen.

SVMMARIA.

1 *Hæc actio quæsit & ad quid competat?*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. TRICESIMA NONA † prætoria actio est: Si nauta caupo vel stabularius, res, quas immisisti in navem, cauponam, vel stabulum non restituerit, sed fortè dicat eas amissas, tenetur actione in factum ex illo edicto nautæ, caupones, stabularij.

2. Vnde sic † forma libellum:

Ago Titius contra Mævium, in cujus navem, cauponam, aut stabulum immisi vel intuli eo sciente merces tales, quas ipse vel alius abstulit vel subtraxit mihi, puta talis, vnde vt res illas restituat, ago contra ipsum, & ad hoc propono actionem in factum, ex illo edicto nautæ caupones stabularij. Quod ita rectè concipiatur libellus probatur *l. 1. & passim tot. tit ff. naut. caupon. stabul.*

Wann du zu einem Schiffherrn/ Gastwirt/ oder Stallwirt/ ins Schiff / Gasthauß oder Stall etwas eintregst/ vnd es dir gestolen wird / oder sonsten schaden doran nimpst/ kanstu hierumb obbemelten Schiffherrn/ Gastgeben/ oder Stallwirt vermittels dieser Klage belangen.

CAPVT LXI.

DE ACTIONE SERvi corrupti.

Von der Klage do man eines andern Knecht vorführet hat.

SVMMARIA

1 *Actio hæc quæ sit & ad quid competat?*
2 *Forma libelli in hac actione.*

QVADRAGESIMA † prætoria actio est: Si tu habeas servum, & alius animum eius corruperit faciendo de bono malum, & de malo deteriorem habet locum hæc actio. *vt l. 1. & tot. tit. ff. de serv. corrupt.* 1.

In qua sic † forma libellum: 2.

Ago Titius contra Cajum, qui Servum

meum

meum Davum corrupit, ſuadendo ipſi dolo & fraude, vt me contemneret, vel ſubtraheret mihi res meas tales, propter quod ſervus meus deterior redditus eſt in decem, idcircò illa decem peto & res etiam, quas mihi ſubtraxit, & ad hoc propono actionem ſervi corrupti.

Quod ita rectè concipiatur libellus *probatur d. l. 1. & l. ſi quis ſervus. 9. §. fin. ff. de ſerv. corrup.*

Wann dir jemand deinen Knecht vorführet vnd verderbet hat/ als wann er jhn vberredet er ſolte dir vngehorſam ſein/ oder dir etwas entwenden/ etc. kanſtu wider jhn dieſe Klage anſtellen/ vnd dodurch ſo wol das geſtolne Gut/ als auch ſo viel als der Knecht durch ſolche von jhme beſchehene vorführung vnd verderbung geringeres werdts worden iſt.

CAPVT LXII.

DE ACTIONE VI bonorum raptorum.

Von der Klage wider den der einem Güter mit gewalt abgeraubet.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ ſit & quomodo competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

QVADRAGESIMA PRIMA † prætoria actio èſt vi bonorum raptorum: Nam ſi aliquis rem tuam mobilem per violentiam tibi auferat, potes hac actione contra eum experiri, intra annum in quadruplum, poſt annum verò in ſimplum, & in prædicto quadruplo ineſt quoq; rei ablatæ perſecutio, ſic vt triplum ſolummodo pœna ſit. *text. in §. vi autem bonorum. 19. & ibi Schneidevin. n. 1. Inſtit. de act. & Inſtit. de vi bon. rap. in pr. ibiq; Schneidevin. n. 1. & paſſim. l. 1. & 2. in pr. & paſſim tot. tit. ff. vi bonor. rapt.* 1.

In hac † actione ſic forma libellum: 2.

Ago Sejus contra Titium qui hoc anno 1601. menſis Martij die quinto armata manu cum aliquot equitibus in ædes meas irrupit, ciſtas meas perfregit, atq; inde veſtimenta mea cum quinq; poculis argenteis alijsq; ſuppellectilibus, quæ omnia quingentis aureis æſtimo, vi eripuit, atq; ſecum contra jus & de facto abduxit, quare peto Titium mihi in quadruplum dictæ ſummæ, videlicet in duo millia aureorum, vna cum expenſis, condemnari.

Quod ita rectè formetur libellus probatur *ex d. locis & ex Schneidevino in d. §. vi autem bonorum. 19. n. 20. Inſtit. de action.*

Wann dir einer mit gewalt bewegliche Güter abgeraubet hat / ſo kanſtu wider jhn dieſe Klage anſtellen / vermittels welcher er dir das abgeraubete Gut vierfeltig erſtatten muß / vnd ſeind in dieſer vierfelti-

gen erstattung die Güter auch mit begriffen. Es kan aber diese Klage also angestellet werden jnnerhalb der Jahres frist da er dich beraubet : Wann aber ein Jahr allbereit vorüber geflossen were/ so kanstu nur einfechtig auff erstattung deß entraubten Gutes klagen.

CAPVT LXIII.

DE ACTIONE INIVRIARUM prætoria.

Von der Injurien Klage do einer mit worten schrifftlich oder mündlich vnd dergleichen geschmehet worden.

SVMMARIA.

1 *Injuriarum actio prætoria quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Criminaliter vbi de injuria agitur, quænam ejus pœna sit jure communi, & Saxonico cum communi tum provinciali electorali & n. 7. 8. 9.*
4 *Injuriarum civiliter si agatur ad quid jure communi agendum?*
5 *Iure Saxonico communi ad quid de injuria civiliter agatur:*
6 *Iure constitutionum electoralium Saxonicarum ad quid de injuria agatur civiliter?*

QVADRAGESIMA SECVNDA † prætoria actio eſt injuriarum prætoria, nempe ſi aliquis injuriam tibi fecit dicto facto ſeu ſcripto (tribus illis caſibus exceptis, quando ſcilicet quis pulſatus eſt vel verberatus vel domus eius vi introita) habet contra eum actionem injuriarum prætoriam. In memoratis namq; tribus caſibus competit civilis injuriarum actio, de qua ſuo loco diſſeremus. 1.

Libellus † heîc ita formabitur: 2.

Ago Scjus contra Titium, qui me appellavit filium meretricis, vel ſcripſit de me carmen famoſum, dicendo me latronem eſſe, vel raptorem atq; pyratam. vel cantavit de me malam cantilenam, quam injuriam nollem mihi dixiſſet, vel de me cantaſſet, ſeu ſcripſiſſet, pro mille florenis, ideò dictos mille florenos peto mihi dari vel præſtari, & ad hoc propono actionem injuriarum prætoriam.

Hoc modo rectè formari libellum *probatur* §. *in ſumma*. 10. *vbi Schneidevin. per tot. Inſtit. de iniur.*

Poteſt † autem & criminaliter de injurijs agi, ſi actor petat reum arbitrariè puniri, de jure communi: Iure Saxonico verò in reclamationem & pœnam pecuniariam. *qua de re copiosè tractavimus in conſilio noſtro* 10. *qnæſt*. 3. *quò lectorem benevolum remittimus*. 3.

Breviter † ita ſe res habet: Iure communi Cæſareo ſi civiliter agatur, petitur æſtimatio injuriæ, cui & accumulari poteſt revocationis petitio, quippe quæ jure communi civilis eſt. *And. Gail. lib. 1. obſ. 65. incip. pro iniuria n. 5. Mynſing. cent. 2. obſ. 98. incip.* 4.

formula agendi. n. 1. & seqq. hoc casu reus non infamatur. vt Gail. d. loco. n. 6.

5. Iure † Saxonico communi si civiliter agatur, 30. solidos reus præstat, & infamis fit, maximè ex injuriâ atroci.

6 Secundum † constitutiones Saxonicas electorales, aut in ditionibus Electoratus Saxon. si agatur, puto, idem esse, quod jure communi Cæsareo, nisi quod ad reclamationem non catur; judici tamen mulcta debebitur.

7 Ceterum † si criminaliter agatur jure communi Cæsareo arbitraria est pœna, vt dixi:

8. Iure † communi Saxonico & hoc casu reus 30. solidorum à pœna vlteriore liberatur.

9. Iure † constitutionum electoralium pœna duplex est certa, & arbitraria: Certa est palinodia, arbitrariæ autem pœnæ sunt carcer, fustigatio, relegatio, deportatio, aut mulcta pecuniaria. Hæc omnia in memorato consilio nostro latè deduximus.

Wann du von jemand geschmehet vnd an deinen Ehren angegriffen würdest/ hastu zweyerley klagen wider jhn anzustellen/ vnd zwar so du nach Keyser Rechten Klagen/ vnd die Klage Bürgerlich anstellen würdest/ kanstu auff æstimation der injurien, vnnd einen widerruff klagen / also das du sagest/ du woltest lieber 1000. fl. verlieren/ dann diese schmach leiden/ vnd bittest also dieselben 1000 fl. dir zu zuerkennen/ vnd dorneben den injurianten zu vortheilen/ das er dir einen öffentlichen widerruff thue.

Nach gemeinem Sachsen Rechte aber gibt dir der Beklagte 30. Schilling zur Busse/ vnd dem Rich-

ter sein gewette / von welchem gewette du finden würdest im Proceß Rotschitz *part.* 2. *art.* 12.

Nach Churfürstlicher Sächsischer Lands Ordnung ist an stad 30. Schilling die æstimation vermöge gemeiner Keyser Rechte kommen / aber bey dem gewette des Richters bleibet es.

Vnd dieses alles / so man vmb injurien Bürgerlich klaget:

Wann aber peinlich geklaget würdet / so ist nach gemeinen Keyser Rechten die straffe der injurien willkührlich.

Nach gemeinen Sachsen Rechten ists wie in der Bürglichen Klage.

Nach Churfürstlicher Sächsischer Landes Ordnung ist die straffe ein öffentlicher widerruff / vnd dorneben Gefengnis / oder eine Geldstraffe / oder Staupenschlege / oder zeitliche oder ewige verweisung.

CAPVT LXIV.

DE ACTIONE IN FACTUM subsidiariâ legis Aquiliæ, & de vtili actione Legis Aquiliæ.

Von der Klage / do einer den andern durch mittel schaden zufüget.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ?*
2 *Legis Aquiliæ actio triplex.*
3 *Legis Aquiliæ directa actio quando competat?*
4 *Vtilis Legis Aquiliæ actio quando competat?*
5 *L. Aquiliæ actio in factum quando detur? & n. 6.*
7 *Forma libelli in hac actione quando à non corpore in corpus damnum datum est.*
8 *Forma libelli quando damnum datum est à non corpore in non corpus,*
9 *Forma libelli cum damnum datum est à corpore in non corpus.*

1. QVADRAGESIMA TERTIA † prætoria actio est legis Aquiliæ in factū atq; vtilis, vt vulgò ap-
2 pellatur. Ad cujus evidentiam nota, quod † pro dam-
no dato interdum competit actio Legis Aquiliæ di-
3. recta, quæ tunc competit, † cum damnum datur de corpore in corpus. *vt* §. *cæterum.* 16. *Instit. de lege Aquil. & ostendemus cum de ea inter alias civiles tractabimus.*

Interdum † vtilis, quæ tunc competit cum damnum datur de non corpore in corpus, veluti si quis panno rubeo fugavit armenta vel jumenta, & aufugerunt ac præcipitata sunt, tum enim tenetur vtili actione Legis Aquiliæ quia sententia concordat, licet verba deficiant, scilicet quia damnum datum est non quidem à corpore, sed quia præstitisti occasionem damno vnde videris damnum dedisse. *l. qui occidit.* 30. §. *in hac quoq;* 3. *ff. ad l. Aquil.* 4.

Interdum † in factum subsidiaria, scilicet cum damnum datur â corpore in non corpus verbi gratia: Excussisti annulum de manibus meis aureum, qui in mare cecidit, vel in flumen, certè damnum datum est à corpore in non corpus, quia annulus in aqua jacens non est factus deterior. *& hoc secundum Ioannem.* Alij tamen vtroq; hoc posteriore casu vtilem actionem competere aiunt. 5.

Sin autem † damnum datur à non corpore in non corpus, tunc locum habet actio prædicta in factum verbi gratia: Solvisti servum meum compedibus constrictum miseriæ causâ, servus ille postea aufugit. Hîc sanè constat corpus non esse lætum, constat & illud á corpore tuo non esse datum damnum, sed propter consecutam servi fugam, damnum in me redundavit, vnde in factum actio competit. §. *ceterum.* 16. *in fi. Instit. de l. aquil.* 6.

Vnde † in his posterioribus actionibus, sic forma libellum: 7.

Ago Sejus contra Titium qui panno rubeo fugavit

vit armenta mea vt duo ex his in flumen præcipitata sint: vel pecora mea incluſit, vt fame sint mortua: quæ quidem, annus est, cum valuerunt centum, vnde vt ea centum mihi præstet, ago contra ipsum, & ad hoc propono vtilem actionem l. Aquiliæ, vel in factũ. Quod ita rectè concipiatur libellus probatur *d.* §. *caterum. Instit. de lege Aquil.* Et hoc quando datum est damnum â non corpore in corpus.

8. Si autem † damnum datum sit â non corpore in non corpus, vel à corpore in non corpus sic libellum concipies:

Ago Sejus contra Titium qui servum meum Mævium, quem posucram in compedibus solvit, & ita servus ille aufugit, qui valuit quadraginta, jam sunt 30. dies, vnde ipsa 40. peto, & ad hoc propono actionem in factum subsidiariam Legis Aquiliæ.

9. Vel † quia annulum meum vel denarios meos excussit è manibus meis, & deciderunt in flumen vel mare, quem annulum æstimo 100. aureis, vnde vt illos centum aureos mihi det, contra ipsum ago, & ad hoc propono actionem in factum subsidiariam Legis Aquiliæ.

Quòd his duobus exemplis libellus sic ritè formetur, probatur supra dictis textibns *& l. quia actionum, 11. ff. de præscript. verb.*

Finiuntur actiones prætoriæ.

CAPVT LXV.

DE INTERDICTO DE mortuo inferendo.

Klage do man einen Todten zu begraben vorhindert worden.

SVMMARIA.

1 *Interdicta è prætoris jurisdictione proficiscuntur.*
2 *Interdictum de mortuo inferendo religionem tuetur.*
3 *Religionis causa profanis dignior.*
4 *Actio hæc quæ sit?*
5 *Prohibitus mortuum inferre ad quid agat?*
6 *Forma libelli in hac actione.*

HActenus explicatæ sunt actiones prætoriæ, quæ distributionis nostræ pars prima fuit, consequens nunc est, vt ad secundam partem accedamus, nempe ad interdicta, hæc enim prætorijs actionibus idcircò proximè subijcienda erant, quod † & ipsa è prætoris jurisdictione proficiscerentur, *Instit. de interdict. in pr.* 1. 2.

Cum autem † interdictum de mortuo inferendo causam religionis tueatur, *l. interdictorum. 2. §. interdicta autem. 1. ff. de interdict.* relligionis † verò causa dignior sit profanis rebus. *l. sancimus res. 22. circa fin.* 3.

ibi. & quare non competens prærogativa. C. de sacro. sanct. Eccles. arg. l. caveri. 4. ibi. servitutem non recipit. ff. com. præd. ab hisce quidem interdictis, quæ sacras res tuentur, exordiemur.

4. Si quis igitur † sepelire, aut inferre vult mortuum in sepulchrum, in quod, vti mortuum inferat, jus ei competit, aut si recens in suo fundo monumentum facere velit, atq; ab alio, quò minus id faciat, prohibeatur, hoc cum eo contendere interdicto potest, quod quidem prohibitorium est: vel agere poterit etiam in factum actione, quæ in huius interdicti vicem subrogata est. §. *summa autem. 1. vers. prohibitoria sunt. Instit. de interdict. l. 1. in pr. ff. eod.*

5. Quod si † prohibitus jam fuerit quis, aget ex hoc interdicto actione in factum, in jd, quod sua interfit, non fuisse prohibitum *text. in l. liberum. 9. ff. de religios. & sumt. fun. l. 1. in pr. & §. 1. ff. de mortuo infer.*

6. Sic ergò † in hoc interdicto sive actione libellus formabitur:

Vobis domino Consuli conqueror ego Sejus, Titium prohibuisse me, quò minus mortuum inferrem in fundum Sempronianum, quò jus mihi est inferendi mortui, qua prohibitione effectum est, vt in aliũ purum fundũ, quem tanto nuper precio emi, aut conduxi, inferre memoratum mortuum necesse habuerim: Cum autem hac illatione vt ne affeciissem fundum illum, 20. meâ interfit, eadem nunc peto ex solvi mihi à Titio, eamq; in rem propono actionem in factum loco interdicti eius: Sic rectè formari libellum, probatur d. legib.

Wann du jrgends ein eigenes Begräbniß hast/ oder sonsten berechtiget bist / das du dahin einen verstorbenen tragen oder begraben mögest/ vnd ein anderer hindert vnd hemmet dich / das du jhn dahin nicht tragen kanst / besondern an einen andern Ort bringen must/ an welchem Ort du dir hiedurch schaden zufügest/ kanstu zu erstattung dieses schadens vnd interesse wider den jenigen/ der dich gehemmet/ diese Klage anstellen.

CAPVT LXVI.

DE INTERDICTO DE sepulchro ædificando.

Klage wann einer gehemmet würdet ein Begräbniß zu bawen.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ, & ad quid competat?*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Actiones in factum in omni interdicto vice interdicti competunt.*

SECVNDVM † interdictum est, si quis volebat ædificare sepulchrum, ad quod ædificandum ipsi jus competebat, alius autem cum prohibeat, habet 1.

adverſus illum prohibentem hoc interdictum de ſepulchro ædificando: *l. prætor. 1. §. prætor ait. 5. ff. de mort. infer.*.

2. In quo † ſic formabis libellum :

Vobis domino Prætori Lipſenſi conqueror ego Sejus, contra Mævium, quod in tali loco, cujus confines ſunt tales, & in quo jus mihi eſt ædificandi ſepulchri, mortuiq; inferendi, me ſepulchrum ædificare volentem, prohibuit, vnde ne me poſt hac impediat, ago contra ipſum; & ad hoc propono actionem in factum, quæ in locum interdicti illius de ſepulchro ædificando ſubrogata eſt.

Quod ita rectè concipiatur libellus *probatur d. §. prætor ait.*.

3. Et † nota heîc, id quod in vniverſâ hac interdictorum materie perpetuò tenendum eſt, idcircò me dicere actionem in factum, quòd hodie interdicta non proponantur, ſed in vicem eorum ſubrogatæ ſint in factum actiones, *text. in §. fin. & ibi gl. in verb. utilis actio. Inſtit. de interdict.*

Wann du auff einen Ort / da du es befügt biſt / ein Grab bawen / dich aber jemand daran hindert / kanſtu dieſe Klage wider jhn anſtellen / damit er dich vngehindert bawen laſſe.

CAPVT LXVII.

DE INTERDICTO NE quid in loco sacro fiat.

Klage wider den der etwas an einem Heiligen Orte bawet.

SVMMARIA

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

TERTIVM INTERDICTVM † est si quis ædificat, vel aliquid immittit, in locum sacrum, quod in detrimentum, vel deformitatem, non autem ornamentum loci eius redundet, tenetur interdicto, ne quid in loco sacro fiat immittaturvè. 1.

In hoc † autem interdicto sic concipitur libellus: 2.

Ago Sejus contra Titium, qui immisit vel immittere vult, in loco tali sacro, cujus tales sunt fines, propter quam immissionem locus ille turpis & deformis apparet: vnde vt illud quod immisit, removeat, vel ne immittat, vel immitti faciat, ago contra ipsum, vel peto ipsum prohiberi, & ad hoc propono actionem

in factum ſubrogatam in locum interdicti ne quid in loco ſacro. &c.

Quod ita rectè concipiatur libellus, probatur *l. ait prætor. 1. ff. ne quid in loco ſacro. l. prætor. ait. 2. §. locorum. 19. ff. ne quid in loco publ.*

Wann jemand an einem heiligen oder geweiheten Orte etwas bawet/ einleget einſtecket oder einſcheibet/ dadurch derſelbe Ort verſtellet/ oder heßlich würdet/ kan wider jhn dieſe Klage zu abſchaffung ſolches bawes vnd vornehmens angeſtellet werden.

CAPVT LXVIII.

DE INTERDICTO NE QVID in loco publico fiat.

Klage wider den der etwas auff einem gemeinen Orte vornimpt/ oder bawet.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ?*
2 *Forma libelli in hac actione.*

QVARTVM † interdictum est ne quid in loco publico, vel itinere aut viâ publica fiat. Contingit enim sæpè, vt aliquis in viâ publica vel in loco publico quis ædificet, vel immittat, proditum ergò hoc interdictum est ne quid ibi fiat, & si factum fuerit vt tollatur, atq; ita interdictum hoc ex parte priore prohibitorium est, ex posteriore restitutorium. *l. prætor ait. 2. in pr. & §. 1. & §. prætor ait. 35. ff. ne quid in loco publ.* 1,

In hoc † autem interdicto sic concipiatur libellus: 2

Ago Sejus contra Titium qui in loco publico, cuius tales fines sunt, tale quid ponere vult, vel imposuit, per quod locus publicus deterioratur: vnde peto ipsum prohiberi, ne ponat. Vel, si posuit: dicas, vnde vt positum tollat, ago contra ipsum, & ad hoc propono actionem in factum subrogatam in locum interdicti ne quid fiat in loco publico.

Quod ita rectè concipiatur libellus probatur d. textibus.

Wann einer auff einer gemeinen Landstrasse oder sonst auff einem gemeinen Orte etwas bawen oder dergleichen vornehmen wil/ oder auch solches allbereit zu wercke gerichtet hat kan diese Klage wider jhn angestellet werden/ das er mit seinem Baw inhalte/ oder do er etwas gebawet/ das er dasselbige widerumb abschaffe.

CAPVT LXIX.

DE INTERDICTO NE quid in flumine publico vel ripa eius ponatur.

Klage wann jemand etwas auff einem gemeinen oder öffentlichen Schiffreichen Fluss oder desselben Vfer bawen wil oder gebawet hat.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ sit?*
2 *Forma libelli ob impeditam ædificatione navigationem.*
3 *Forma libelli contra eum qui ædificando vult impedire navigationem.*
4 *Actio ob ædificationem qua fit vt aqua fluminis non ita fluat vt æstate priore.*
5 *Forma libelli quando quis ædificavit vt flumen non fluat vt æstate priore.*
6 *Forma libelli quando quis vult ædificare vt flumen non ita fluat vt priore æstate.*
7 *Actio contra eum qui ædificando in flumine nocet molendino meo.*
8 *Actiones hæ omnes quibus casibus competant*

1. QVINTVM † interdictum est: Si aliquid vult immitti ab aliquo in flumine publico vel ripa ipsius, vel fortè est immissum, competit hoc interdi-

ctam, quod ex parte prohibitorium est, scilicet ne quid fiat in flumine publico eiusve ripâ: ex parte verò restitutorium, videlicet, vt, quod factum fuerit, restituatur, & tollatur. *l. ait prætor. 1. in pr. & §. deinde ait prætor. 19. ff. de fluminib.*

In his † igitur interdictis seu interdicti partibus sic concipe libellum: 2.

Ago Sejus contra Titium qui tale quid imposuit in flumine tali, propter quod flumen non est navigabile, vel propter quod flumen navigari non potest, vnde vt removeat ago contra ipsum.

Si autem † nondum posuit, sed vult ponere, dicas ita in libello: quod vult ponere, vnde peto ipsum prohiberi, & ad hoc propono interdictum de fluminibus; ne quid in flumine publico ripave ipsius fiat, quo pejus navigetur, vel actionem in factum subrogatam in locum illius interdicti. 3.

Quod ita rectè concipiatur libellus dicunt textus prælegati.

Est & alia † hoc interdicto agendi causa, quàm navigationis incommoditas, nam & si non ipsa navigatio impediatur, sed flumen publicum ita ædificatione afficiatur, vt aqua eius aliter fluat qnam priori æstate fluxit hoc quoq; contendere interdicto licet *l ait prætor. 1. in pr. ff. ne quid in flum. publ. &c.* 4.

Hoc quidem casu † ita libellum formabis: 5.

Ago Sejus contra Titium, qui in flumine publico, aut ripa eius tale quid posuit, quò flumen aliter

fluat quàm priore æstate fluxit vnde vt removeat illud peto.

6. Vel si vult † ponere dicas: Ago contra ipsum ne ponat, & ad hoc propono interdictum, ne quid in flumine publico fiat, quo aliter fluat quam priore æstate fluxit, vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quod ita rectè concipiatur libellus probatur *tot. tit. ff. ne quid in flum. publ.*

7. Sed † & agere hoc interdicto potest is, qui molendinum in flumine habet, & ædificatione aut immissione alterius damnum ei datur. Et tunc sic libellus concipietur.

Ago Sejus contra Titium, qui tale opus vult facere, vel immittere, vel fecit, vel immisit in flumine tali, propter quod, damnum mihi infertur, quia molendinum meum non ita currit, nec ita fluit sicut consueverat, vnde ne ponat vel immittat, vel (si posuit) vt removeat, ago contra ipsum, & ad hoc propono vtile interdictum, ne quid fiat in flum. publ. &c. Quod ita rectè formetur libellus probatur *ex l. quo minus. 2. & ibi Iason. & Dd. ff. de fluminib.* Et vide etiam hac de re elegantes quæstiones apud Schneidevinum *in* §. *summa. 1. n. 52. ibi. quartum interdictum. &c. & n. seqq. Instit. de interdict.*

8. Hæc interdicta † omnia tria competunt, tàm in navigabilibus, quam non navigabilibus fluminibus, modò publica sint item in mari. *vide l. ait prætor. 1. §. pertinet. 2. ff. ne quid in flum. publ.*

Wann jemand auff einem gemeinen oder öffentlichen auch Schiffreichen Fluß etwas bawet / hinein sencket / oder dergleichen was vornimpt / dadurch ent-

weder

weder die Schiffart vorhindert/ oder das Wasser nicht also fleust/ wie es den vorigen Sommer geflossen/ oder einem an dem Wasserfluß nach seiner Mühle/ die er etwa des Orts stehend hat/ schade geschihet/ so hat er sich dieser Klage zu gebrauchen.

CAPVT LXX.

DE INTERDICTO DE loco publico fruendo.

Klage so einer am gebrauch vnd nutzung eines gemeinen Orts verhindert wird.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ?*
2 *Forma libelli in hac actione.*

SEXTVM † interdictum est: Si aliquis conducat domum, vel prædium vel aream publicam à fisco vel republicâ alicujus civitatis, & impediatur re conductâ frui, habet contra impedientem interdictum de loco publico fruendo. *l. prætor ait. 1. in pr. ff. de loco publ. fruen.* 1.

Vnde sic † forma libellum: 2.

Ago Sejus contra Titium, qui non permittit me vti & frui loco publico, cuius confines sunt tales, quem locum ab Sempronio Aedili civitatis Lipsensis conduxi 20. florenis annuis: Vnde ne me prohibeat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de loco publico fruendo, vel actionem in factum subrogatam in locum illius. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit l. præallegata.

Wann einer von dem jenigen / der das gemeine Gut einer Stadt vorwaltet / vnd es außzuthun macht hat / vmb einen Jährlichen gewissen pacht annimpt / vnd im gebrauch oder nutzung desselben von jemand gehindert wird / hat er sich dieser Klage wider denselbigen zuzebrauchen.

CAPVT LXXI.

DE INTERDICTO DE via publica reficiendâ,

Klage wider den der einen anbessprung eines gemeinen weges oder strassen hindert.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ?*
5 *Forma libelli in hac actione.*

SEPTIMVM † interdictum est: Si aliquis vult reficere viam publicam, & ab aliquo impeditur, habet contra impedientem interdictum de viâ publicâ reficienda. *vt ff. hoc eod. tit. per tot.* 1.

Vnde sic concipitur libellus:

Ago † Sejus contra Titium, qui me, volentem reficere vel purgare talem viam publicam, prohibet, vnde vt cesset à tali injuriâ ago contra ipsum, (& potest addi: vt mihi solvat, vel reddat, quantum meâ interest, me prohibitum non esse, & hoc quando per talem refectionem vertebatur specialis vtilitas actoris) & ad hoc propono interdictum de via publ. refic. vel actionem in factum loco eius subrogatam. 2.

Quod ita rectè formetur libellus probatur *l. prætor ait. 1. in fi. ff. de viâ publ. & itin. publ. reficien.*

Wann du an einer öffentlichen oder allgemeinen Landstrasse oder steige etwas bessern wilt / vnnd doran von jemand gehindert würdest / kanstu jhn mit dieser Klage belangen / so hoch / als es dir daran gelegen / das du von jhm nicht werest gehindert worden. Vnd das er hinführo von seiner hinderung abstehen muß.

CAPVT LXXII.

DE INTERDICTO VT LIceat ire agere per viam publicam.

Klage wider den der einen gemeiner Landstrasse oder steiges nicht gebrauchen lassen wil.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. OCTAVVM † interdictum est, si aliquis vult ire, vel agere, vel ducere per viam, aut iter publicum, & impeditur ab aliquo, habet contra eum interdictum, vt liceat ire agere per viam publ. *text. in l. prætor ait. 2. in fi. ff. ne quid in loco publ.*

2. In quo † sic formabitur libellus:

Ago Sejus contra Titium, qui me volentem ire vel agere, vel ducere tale quid per viam publicam, prohibuit, vel prohibet, vnde ne me prohibeat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum vt liceat ire agere. &c. vel actionem in factum subrogatam in locum eius interdicti.

Quod ita rectè formetur libellus probatur d. textu.

Wann du vber eine öffentliche strasse oder öffentlichen steig gehen / oder etwas treiben wilt / vnnd von jemand gehindert würdest hastu diese Klage wider jhn anzustellen.

CAPVT LXXIII.

DE INTERDICTO, VT LIceat in flumine publico navigare.

Klage wider den der einen öffentliches vnd gemeines Flusses oder Wassers zu gebrauchen oder zu schiffen hindert.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

NONVM † interdictum est: Si quis in flumine publico, vel stagno publico, vel lacu publico vel fossa publicâ navigare vel piscari prohibeatur, habet interdictum hoc, vt in flumine publico navigare liceat. Et in eo sic forma libellum: 1.

2 Ago † Sejus contra Titium, qui me prohibuit, & prohibet navigare, vel piſcari in flumine tali, vel ſtagno vel foſſa vel lacu, vnde ne me prohibeat, ago contra eum, & ad hoc propono interdictum vt in flum. publ. navigare liceat. vel actionem in factum, quæ eius loco ſubrogata eſt.

Quod ita rectè formetur libellus, probatur *l. vn. ff. vt in flum. publ. navigare liceat.*

Wann du auff einem gemeinen Fluß / oder gemeinen See / oder gemeinen Lache / oder gemeinen Graben ſchiffen oder fahren / oder dorinne Fiſchen wilt / vnd von jemand gehindert würdeſt / haſtu wider jhn dieſe Klage.

CAPVT LXXIV.

DE INTERDICTO NE VIS fiat ei qui in poſſeſsionem miſſus eſt.

Klage wider den der gewalt vbet an dem / welchem der Richter in ein Gut hilfft.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

3 *Alia forma agendi per officium judicis.*
4 *Missò in possessionem melius est, agere officio judicis, quàm interdicto ne vis fiat. &c.*

DECIMVM † interdictum est, si quis mittatur in possessionem à judice, vel in tenutam alicuius rei, conservandæ eius rei causâ, & tu prohibeas eum, esse in possessione, vel tenutâ, competit ei hoc interdictum sive dominus, sive alter prohibuerit. *vt l. ait prætor. 1. in pr. & §. 1. & 2. ff. ne vis fiat ei qui in possessionem missus est.* 1.

Et in hoc † interdicto sic forma libellum: 2.

Ago Sejus contra Titium, qui me prohibuit, ire vel esse in possessione talium rerum, in quarum possessionem judex me mittendum decrevit, vnde ne me prohibeat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum, ne vis fiat ei, qui in possess. missus est. Vel actionem in factum, loco eius subrogatam.

Vel si vis petere tuum interesse, scilicet quanti tuâ interfit, te non esse prohibitum, dicas: Vnde quia interest meâ in centum, me non esse prohibitum, ideò ista centum peto. Quod ita in vtroq; casu rectè concipiatur libellus, *probatur d. l. 1. ff. ne vis fiat. &c.*

Quod † si hanc actionem proponere nolis, dicas ita: 3.

Ago Sejus contra Titium, qui me prohibuit ire vel esse in possessione talium rerum, in quarum pos-

sessionem judex me mitti decrevit, vnde vt in earum rerum possessionem mittar manu militari, officium judicis propono, & vestrum officium domine judex imploro.

Quod & hoc modo rectè libellus concipiatur, probatur *l. si quis missus. 3. in pr. ff. ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est.* Et † ibi consilium dat Vlpianus, 4. quòd melius sit agere officio judicis, quàm proponere interdictum.

Wann du durch Vrtel vnd Recht / oder sonsten von dem Richter in ein Gut eingewisen würdest / vnnd ein ander wil dich in die gewehr des Gutes zu kommen verhindern / hastu diese Klage wider jhn anzustellen / das er dich friedlich drein kommen lasse / oder auch dir / das interesse erstatte / so viel dir doran gelegen / das er dich mit frieden in das Gut hette kommen lassen.

Aber besser ists / das du das Richterliche Ampt anruffest / vnd bittest / dich Gerichtlich / oder auch mit gewehrter Hand einzuweisen. Wie es dann jetzo breuchlich / das / wann einer in guten nicht weichen wil / der Richter sich mit 10. 20. 50. oder 100. Mann zum Gute vorfüget / vnnd den jenigen / dem es zu erkandt / also einweiset.

CAPVT LXXV.

DE INTERDICTO QVO-rum bonorum.

Klage für einen Erben den be-sitz der Eibgüter zu er-langen.

SVMMÆRIA.

1 *Actio hæc quæ & contra quos competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

VNDECIMVM † interdictum est: Si aliquis vocatur ad successionem alicuius ex testamento vel ab intestato, & vult possessionem rerum defuncti ab illis, qui possident avocare, seu recuperare, habet locum interdictum quorum bonorum, & est hoc interdictum adipiscendæ possessionis, restitutorium scilicet pertinetq; ad vniuersitatem bonorum, non ad res singulas vel ad nomina, quia contra debitores hæreditatis non datur, sed ad bonorum corporalium possessionem. *l. 1. & 2. ff. quorum bon.* 1.

Vnde † sic concipe libellum: 2

Ago Sejus contra Titium, breviter proponens, Mævium fratrem meum paucis antè mensibus, ab immortali DEO ex hac mortalitate evocatũ, in cœlestem

beatitatem commigrasse, meq; heredem reliquisse vna cum domo in vico D. Catharinæ ac prædio rustico ibi. &c. sito alijsq; tàm mobilibus quàm immobilibus bonis, quæ omnia bona Titius nullo titulo, causâ, sive jure de facto invasit atq; occupavit, quare ad eius mihi hereditatis possessionem restituendam eum condemnari peto, interdicto quorum bonorum, vel actione in factum, quæ in eius locum subrogata est, propositâ.

Quod ita rectè formetur libellus probatur. *d. l. 1. & 2. ff. quor. bon. §. adipiscendæ. 3. Instit. de interdict. Schneidevin in §. sequens divisio. 2. n. 7. ibi. interdictum quorum bonorum. &c. & n. seqq. vsq; ad n. 48. inclusivè. Instit. d. tit. Menoch. de adipiscenda poss. remed. 1. tit. quor. bon. per tot.*

Wann jemand verstorben vnnd dich zum Erben eingesetzt/ oder ohne Testament solche seine verlassenschafft auff dich / als seinen nehesten Erben/ vorfellet/ aber ein anderer vnter dem schein als sey er Erbe / oder besitzer solcher Erbschafft dieselbe jnne hat/ so kanstu dz besitz oder gewehr solcher Erbschafft von jhm vermittels dieser Klage erlangen.

CAPVT LXXVI.

DE INTERDICTO QVO-rum legatorum.

Klage für einen Erben den besitz derer Erbgüter / die von dem verstorbenen einem andern legiret seind / zu erlangen.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ, & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

DVODECIMVM † interdictum est, si legatarius suâ auctoritate occupet rem, sibi legatam, sine heredum voluntate, hereditate jacente, tenetur heredi rem illam restituere, & id æquissimum visum est prætori, vnumquemq; non sibi ipsi jus dicere occupatis legatis, sed hoc ab herede petere. *l. hoc interdictum. 1. in pr. ff. quorum legat.* Et si legatarius rem legatam heredi non restituat, condemnabitur, in id, quod interest heredis. *l. diversum. 2. §. ex hoc interdicto. 2. ff. quor. legat.* 1.

Vnde † sic concipe libellum: 2.

Ago Titius contra Sejum, qui domum, in platea

Petrinâ, inter Caij & Sempronij ædes sitam, legatam sibi in testamento Mævij, cui ego succesi, propriâ auctoritate, dum hereditas jaceret, occupavit vnde prædictæ domus possessionem mihi dari vel tradi peto, & ad hoc propono interdictum quorum legatorum, vel actionem in factum loco eius subrogatam. Multi tamen sapientes ponunt in libello: Cuius domus possessionem, vel quam domum peto mihi restitui, cum istud interdictum dicatur restitutorium, sed hoc cum calumniâ procedit.

Quod autem libellus sit benè conceptus, probatur *præallegatis textib. quibus adde Schneidewinum in §. sequens divisio. 2. tit. de interdicto quorum legatorum. per tot. & Iacobum Menoch. in remedijs adipiscendæ possess. hoc tit. per tot.*

Wann jemand in einem Testament einem andern etwas legiret hat/ vnd derselbige legatarius nimpt das legirte Gut/ als ein Hauß/ oder dergleichen/ selbst ein/ ohne deß Erben vorwissen/ so kan der Erbe solch legatum vermittels dieser Klage wider vnter seinen besitz bringen/ also das es der legatarius nachmals von deß Erben Hand empfangen muß. Vnd do der legatarius das legat wider zu geben sich verweigerte/ würde er vertheilet in das interesse/ das ist/ so hoch als dem Erben doran gelegen/ das er es in seinen gewehren gehabt hette.

CAPVT LXXVII.

DE INTERDICTO DE TA-bulis Exhibendis.

Klage wider den der einem ein Testament vorenthelt.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

DECIMVM TERTIVM † interdictum est: Si quis testamentum condiderit (tabulas antiqui appellabant) & ista testamenti tabula ab aliquo teneatur, tuâ autem interfit illam exhiberi, agere contra ipsum potes interdicto de tabulis exhibendis. 1.

In quo sic forma libellum:

Ago † Sejus contra Titium, qui testamentum *vel* codicillos Sempronij, in quo, vel in quibus mihi legatum relictum fuit non exhibet, vnde quò exhibeat, ago contra ipsum & ad hoc propono interdictum de tabulis exhibendis, vel actionem in factum subrogatam in locum eius. 2.

Quidam sapientes sic formant:

Ago Sejus contra Titium qui Teſtamentum vel codicillos, in quibus ſunt mihi 100. legata, cum poſsit exhibere, non exhibet, vnde quia intereſt meâ in 100. peto hoc intereſſe meum & ad hoc propono. &c.

Quod ita rectè concipiatur libellus, probatur *l. prætor ait. 1. & l. locum. 3. §. ſolent. 10. & § ſeqq. ff. de tab. exhibend.*

Wann einer in jemandes Teſtament zum Erben eingeſetzet/oder jm dorinne etwas legirt oder vermacht worden/ aber ein anderer jhm das Teſtament vorhelt/ alſo das er ſich dorauff nicht beruffen/oder ſeines Rechtens daraus gebrauchen möge/ hat er dieſe Klage wider jhn anzuſtellen/ ſo hoch jhm dran gelegen/ daß das Teſtament von jhm heraus gegeben vnd exhibirt würde.

CAPVT LXXVIII.

DE INTERDICTO DE Liberis exhibendis.

Klage wider den der einem andern ſeine Kinder vorhelt.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Exceptiones, quæ contra hanc actionem proponi poſsint explicantur.*

DECIMVM QVARTVM † interdictum est: Si filius tuus, qui in potestate tuâ est, ab aliquo detineatur invitus, poteris agere contra eum interdicto de liberis exhibendis hoc modo: 1.

Ago † Sejus contra Titium, qui Cajum filium meum in potestate meâ constitutum invitum detinet: Vnde peto illum mihi exhiberi, & ad hoc propono interdictum de liberis exhibendis, vel actionem in factum subrogatam loco ipsius. 2.

Quod ita rectè concipiatur libellus, probatur *l. ait prætor 1. in pr. & §. in hoc interdicto. 2. & passim tot. tit. ff. de liberis exhibend.*

Wann dir jemand dein Kind/ so noch in deiner Väterlichen gewalt ist/ vorhelt/ kanstu diese Klage wider jhn anstellen / das er dir das Kind folgen lassen müsse.

Exceptio † contra hoc interdictum esse potest, quod filius non invitus, sed suâ sponte apud aliquem sit. *text. in l. fin. ff de liberis exhib.* 3.

Item † quòd apud matrem filius sit. *l. 1. §. sed verò. 3. ff. eod.* 4.

Item † quòd in potestate agentis non sit filius il. le. *d. l. 1. §. pari. 4.* 5.

CAPVT LXXIX.

DE INTERDICTO DE LIbero Homine exhibendo.

Klage wider den der einen freyen Menschen wider seinen willen auffhelt.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Actio seu interdictum hoc cui competat.*
3 *Forma libelli in hac actione.*
4 *Hominem liberum in potestate sua constitutum quis licite retinet.*
5 *Volens retentus facit locum non esse actione seu interdicto huic.*
6 *Homo liber ex justâ causâ si retineatur, cessat hæc actio.*
7 *Hominem liberum ab hostibus redemtum licet retinere.*

1. DECIMVM QVINTVM † interdictum est: Si liber homo detineatur ab aliquo invitus, potest intentare contra detentorem de libero homine exhibendo, quod † cuilibet de populo compe-
2 tit. *vt l. 1. 2. 3. & passim tot. tit. ff. de lib. hom. exhibend.*

3. Et in † hoc interdicto sic forma libellum:

Ago Titius contra Sejum, qui Cajum hominem liberum invitum detinet, & ipsi libertatem recedendi, quò velit, non præstat. Vnde vt illum Cajum exhibeat, peto & ad hoc propono interdictum de libero homine exhibendo, vel actionem in factum subrogatam in locum eius.

Quod ita rectè concipiatur libellus probatur allegatis textibus.

Wann jemand einen freyen Menschen auffhelt/ das er/ seiner Freyheit nach/ nicht gehen noch kommen mag/ wo er wil/ kan diese Klage wider jhn angestellet werden/ das er denselben Menschen loß lasse/ vnd diese Klage mag ein jeder aus dem Volck anstellen.

Excipi contra † hoc interdictum seu actionem potest, quod liberum hominem detinens sit ille, qui in potestate hominem habeat. *l. quod & lex. 3. §. is tamen. 2. ff hoc tit.* 4.

Item † excipi potest, quòd volentem retineat. *d. l. quod & lex. 3. §. si quis volentem. 5.* 5.

Item potest excipi de statu hominis eius, qui exhiberi petitur, scilicet eum servum esse, vel dubitare se de statu eius, idcircoq; causam status prius tractari oportere. *d. l. quod & lex. 3. §. is qui nescit. 6. vers. planè.*

Et generatim † excipi potest, quòd ex justâ causâ liber homo detineatur, *vt d. l. quod & lex. 3. §. si eum quis. 4.* Hinc & † ab hostibus redemtus liber homo si sit, excipi eâ de re, contra hanc actionem potest. *d. l. 3. §. si quis eum. 3.* 6. 7.

Wider diese Klage kan excipirt werden / der Mensch welchen ich auffhalte / sey in meiner gewalt/ oder er sey gutwillig bey mir/ oder ich halte jn für einen Leibeigenen / oder ich habe jhn von den Feinden gelöset/ mit einem Rantzion gelde: Oder ich habe sonsten meines auffhaltens redliche vrsachen/ damit ich billich gehöret werde.

CAPVT LXXX.

DE INTERDICTO vnde vi.

Klage wider gevbete Gewalt/ in vnbeweglichen Gütern.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Actio ex l. si quis in tantam. C. vnde vi qualis.*
4 *Forma libelli in actione ex l. si quis in tantam. C. vnde vi.*
5 *Pœna l. si quis in tantam. C. vnde vi, an locum habeat jure Saxonico.*
6 *Fractæ pacis actio quæ, & quæ sint eius requisita n. 9.*
7 *Formæ libelli in actione fractæ pacis.*
8 *Index super fracta pace quis sit competens.*
16 *Rusticis servitia debita negantibus quæ actio competat.*

11 *Colono de possessione dejecto quomodo agatur.*
12 *Pœna statutaria juris communis pœnam tollit.*

DECIMVM SEXTVM † interdictum est, si tu possidebas domum vel fundum, vel aliquam rem immobilem, & aliquis te expellat, à possessione illius rei, potes recuperare possessionem illius rei per interdictum vnde vi, per quod fit restitutio possessionis cum omni causâ damni dati *l. prætor ait. 1. §. 1. & seqq. ff. vnde vi seu (vt habent libri recentiores) de vi & vi armat.* 1.

In hoc † interdicto sic concipe libellum. 2.

Ago Sejus contra Titium, qui me hoc anno 1601. 4. Februarij die ex fundo meo Tusculano, quem adhuc quietè ab ipso possedi, armatâ vi expulit atq; dejecit: In quo fundo tempore violentæ deiectionis etiam nonnulla bona mobilia videlicet talia exstiterunt, quæ omnia in jam memorato violento tumultu direpta & ablata sunt. Quare peto, eum condemnari, vt dicti fundi pristinam possessionem, cum omnibus bonis mobilibus, seu se moventibus direptis, restituat, aut si restituere nequeat, eorundem æstimationem præstet, cum omni causa.

Potest † etiam agi, *ex l. si quis in tantam. 7. C. vnde vi*, vt scilicet puniatur amissione rei, quam vi invasit, si dominus sit, aut æstimatione eius præstandâ, si non sit dominus. Quo quidem † casu sic formandus libellus erit: retento principio vt supra: 3. 4

Vnde vt restituat mihi possessionem dicti fundi: & si est dominus, vel si habet jus in re, vt æstimationem ipsius fundi mihi solvat, ago contra ipsum & ad hoc propono constitutionem. *si quis in tantam.* Et vide etiam hac de re eleganter differentem *Hieronym. Schurff. consil. vlt. n. 1. cent. 3. & Modestin. Pistoris cons. 43. & cons. 39. quæst. 3 ibi* [illegible] *per tot. lib. 2.*

5. Nota † tamen quod pœna huius constitutionis *si quis in tantam.* non habeat locum, de jure Saxonico, sed in locum eius succesit recompensa parti, & judici mulcta. *vt adnotavit apostill. ad cap. 69. incip.* [illegible] *Mannweiler. sub. n. 11. quæ apostilla incipit constitutio legis. &c.* [illegible] Et item adnotavit etiam Modestinus Pistor. *in intellectibus suis singularibus ad d. l. si quis in tantam.* vbi ait, se in causâ Iobi à Dobeneck advocatum, egisse, & hanc sententiam defendisse, Scabinosq; Lipsenses secundum eum pronunciasse, atq; ita se obtinuisse palmam.

6. Tertiò † potest etiam ex novissimâ Imperij constitutione contra violentum possessorem agi, de violatâ pace, [illegible] quo casu servato supra
7. memorato libelli principio, facienda petitio est † hoc modo:

Vnde peto declarari eum ipso jure incidisse in bannum imperij, & officium vestrum domine judex
8. (est autem † judex solus imperator seu Camera Imperialis. *Schneidevin in §. recuperandæ. 6. n. 13. ibi. tertiò notandum huiusmodi violatores pacis. &c. Instit. de interdict.*) incidenter imploro, vt possessionem mihi restituat. Sic rectè hoc casu formari libellum do-

cet

cet Schneidevin. *in d. §. retinendæ. 6. n. 16. ibi. quartò notandum quod licet &c.* quem ibi latius hac de re vide & adde Andream Gail *lib. 1. observat. 3. incip. ex constitutione imperij. per tot.* Vbi † eleganter explicat requisita libelli, vt is ritè formatus censeatur, & per eum processus in Camera Imperiali impetretur, nempe primò, vt facta sit vis publica, secundò, vt vis armata: tertiò, vt dolus malus manus armatæ ad fuerit. Et vide eundem *in tractatu aureo de pace publica per tot. Adde Modestin. Pistor. cons. 34. cons. 39. & consilio 59. lib. 1.* 9.

Adde † etiam casum si rustici contradicant, servitia debita dominis exhibere, tum enim sic agent domini contra eos: 10.

Ago contra talem, qui me talibus servitijs, puta capone, vel spatulâ porci debitis mihi & antecessoribus meis, ab ipso & antecessoribus suis solutis per 30. annos (jure Saxonico si agas dicendum est v[illegible] sta[illegible] Quam solutionem allego ad probandum dicta servitia debita, quibus me quasi spoliavit contradicendo mihi solvere seu reddere, vnde quò restituat mihi quasi possessionem illorum serviciorum, ago contra eum, & ad hoc propono vtile interdictum vnde vi, vel actionem in factum vtilem subrogatam &c. Vel vtilem condictionem *ex l. si quis in tantam. C. vnde vi.*

Vnum † heîc adijcio, quod si non tu sed colonus fortè tuus è possessione fundi dejectus sit dicet ita: 11.

Ago

Ago contra talem qui colonos meos, qui erant in possessione talis fundi, expulit violenter, de ipso fundo, vnde vt restituat. &c. vt in primo libello dixi.

Et vide in hanc rem *l.* 1. §. 1. §. *quotiens.* 13. §. *sive autem* 24. §. *rectissimè.* 34. & §. *penult. l. colonus.* 12. *l. cum fundum.* 18. *ff. de vi & vi arm. & supra passim citatos auctores.*

Wann dich einer mit gewalt deß besitzes oder gewehr an einem vnbeweglichen Gute entsetzet / kanstu wider jhn klagen / erstlich das er dich wider zu dem besitz friedlich kommen lasse / vnd dir alles wider gebe oder erstatte was dir also durch dieses gewaltsames entsetzen entworden ist: Zum andern kanstu auch klagen / das er das Gut / so es sein were / durch diese gewalt verlohren / oder da es nicht sein / dir desselben werth erstatte. Doch hat diese Klage allein stadt nach Keyser vnd gemeinen Rechten. Aber nach Sachsen Rechte nicht / dann do verbüsset es der Beklagte allein dem part / vnd wettet dem Richter. Pœna † autem statutaria tollit pœnam juris communis *dixi in addit. ad Modestin. Pistor. quæst.* 56. *incip. ius Saxonum.* 12.

Zum dritten kan auch auff den Keyserlichen Landfrieden geklaget werden / vnnd also dann ist des gewalt vbers straff die acht.

Do auch dir nicht ein vnbeweglich Gut / sondern eine Gerechtigkeit / als von deinen Vnterthanen die zinse versaget werden / oder auch wann nicht du selbst / sondern dein pachtman mit gewalt deiner Güter entsetzet würde / hastu gleichsfals diese Klage wider den gewalt vber anzustellen.

Caput

CAPVT LXXXI.

DE INTERDICTO QVOD vi aut clam.

Klage wider den der mit gewalt oder heimlich etwas bauet.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione qui vi quid fecit.*
3 *Forma libelli in actione istâ contra eum qui aliquid clam fecit.*

DECIMVM SEPTIMVM† interdictum est: Si aliquis contra tuam denunciationem aliquid faciat in tuo, & sive denunciatio facta sit per jactum lapilli, sive alio modo, vim videtur facere. Item si quis te celante, quem suspicatur, sibi controversiam moturum, vel suspicari debuit; aliquid in tuo solo faciat, videtur clàm facere, vnde competit tibi interdictum quod vi aut clam. *l. prætor ait. 1. §. quid sit vi. 5. & §. seq. l. servius. 4. l. vim facit. 19. in pr. & §. 1. l. prohibere. 3. §. clam. 7. ff. quod vi aut clam.* 1.

Vnde† in hoc interdicto sic concipe libellum: 2.

Ago ego Sejus contra Titium, qui me invito, &

contra meam prohibitionem & denunciationem in tali loco, cuius fines ſunt tales, quem locum, dico ad me pertinere jure dominij, vel quaſi vel ratione vſusfructus, vel alterius intereſſe, opus fecit, vel fieri facit, poſt meam denunciationem & prohibitionem; Vnde vt illud opus removeat, & in priſtinum ſtatum reſtitui patiatur, ſuis expenſis; ago contra ipſum, & ad hoc propono interdictum, quod vi aut clam, vel actionem in factum ſubrogatam in locum eius interdicti.

Quod ſic rectè formetur libellus, probatur *l. ſemper. 15. l. competit. 16. § in ſumma. 2. & ceteri textus ſupra n. 1. allegati. ff. quod vi aut clam.*

3. Sin autem † fecit opus te ignorante ac celato, ita concipies libellum: Ago contra Titium, qui opus fecit in loco tali, me ignorante & celato, cum ſuſpicari deberet, me ſibi controverſiam moturum, quem locum dico ad me pertinere jure dominij vel quaſi, vel alio jure. Vnde vt prædictum opus patiatur deſtrui ſuis expenſis ago contra ipſum, & ad hoc propono, &c. vt ſupra in præcedenti formula.

Wann einer auff deinem Grund vnd Boden / oder doran du den nutz vnd gebrauch / oder ſonſt einig recht haſt / oder zum wenigſten an dem dir gelegen / das darauff nichts gebawet werde / etwas mit gewalt oder heimlich ohne deinen vorbewuſt bawet / da er es doch hette wiſſen ſollen / das / wann du es wüſteſt / du mit jm nicht zu frieden ſein würdeſt / kanſtu dieſe Klage wider jn anſtellen / das er ſolchen Baw auff ſeinen koſten wider abſchaffe.

CAPVT LXXXII.

DE INTERDICTO vti possidetis,

Klage wider den der einen in seiner gewehr vnd besitz verunruhet.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

DECIMVM OCTAVVM † interdictum est, si quis turbat te in possessione tuâ, & non permittit te pacificè possidere, habes contra ipsum interdictum vti possideris, per quod possessionem habitam retines, & propterea dicitur retinendæ possessionis §. *retinendæ* 4. *& ibi Schneidevin. Instit. de interdict.* 1.

Et in † hoc interdicto sic concipe libellum: 2

Ago Sejus contra Titium qui me in tali domo, vel fundo, cuius fines sunt tales, quem possideo, inquietat, & perturbat, non permittendo me pacificè possidere, vnde ne vim turbativá vel inquietativá mihi

inferat, aut aliquo modo inquietet possessionem meam, prohiberi peto; & ad hoc propono interdictum vti possidetis, vel actionem in factum loco eius subrogatam. Quod ita rectè formetur libellus, *dicit l. 1. ff. vti possidetis. & d. §: retinendæ. ibiq; Schneidewin per tot.*

Et nota, quod simili modo facere potes libellum, si aliquis colonos tuos, inquilinos, aut adscripticios in possessione tui soli, non permittendo eos laborare, & consueta tibi præstare servitia, inquietaret.

Wann jemand dich in deiner gewahr vnd Besitz deines vnbeweglichen Gutes verunruhet/ vnd etwa am gebrauch vnd nutzung desselbigen hindert / hastu wider jhn diese Klage anzustellen/ ruhe vor jhm zu erlangen.

CAPVT LXXXIII.

DE INTERDICTO vtrobi.

Klage wann einer an der gewehr vnd Besitz eines beweglichen Gutes verunruhet wird.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

DECIMVM NONVM † interdictum est: Si aliquis turbat seu inquietat te in possessione rei mobilis, habes contra eum interdictum vtrobi: In quo sic forma libellum: 80.

Ago † Sejus contra Titium, qui me talem rem mobilem, cuius talia signa sunt, non permittit pacificè possidere, turbando mihi possessionem illius rei, vnde ne me turbet, sed permittat pacificè possidere, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum vtrobi, vel actionem in factum subrogatam in locum eius interdicti. 2.

Quod ita rectè concipiatur libellus, probatur *d. §. retinendæ. 4. ibi Schneidewin. Instit. de interdict. & l. vn. ff. vtrobi.*

Wann dich jemand an der gewehr vnd Besitz eines beweglichen Gutes verunruhet / hastu diese Klage wider jhn anzustellen / das er dich dasselbe friedlich besitzen lassen möge.

CAPVT LXXXIV.

INTERDICTVM DE superficiebus.

Klage / wann jemand auff eines andern Grund vnd Boden zu bawen vergönnet worden.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. VICESIMVM † interdictum est : si imposuisti superficiem in solo alieno, & alius te turbat in superficie illâ, succurritur tibi superficiario per interdictum de superficiebus. *l. 1. ff. de superficieb. l. si duo. 3. §. Labeo. 6. & §. seq. ff. vti possidetiis.*

2. In quo † sic forma libellum :

Ago Titius contra Sejum, qui me superficiem positam in tali solo, cuius tales sunt confines, quod solum ad superficiem imponendam à Sempronio domino ipsius soli conduxi, pacificè possidere non permittit, imò me in possessione ipsius superficiei turbat, & inquietat, vnde ne me turbet, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de superficiebns, vel acti-

onem

onem in factum ſubrogatam loco eius interdicti. Sed & interdictum vti poſsidetis proponi poſſet, vt ex paullò antè dictis legibus apparet.

Wann du von jemand einen leeren platz gemiethet/ vnd etwas darauff gebawet haſt / ein anderer aber an dem Beſitz ſolches Gebäwdes / dich turbiret / vnnd verunruhet/ haſtu dieſe Klage wider jhn anzuſtellen / damit du bey ruhiger poſſeß gelaſſen/ vnd geſchützet werden mögeſt.

CAPVT LXXXV.

INTERDICTVM DE Itinere actuq; privato.

Klage wegen eines ſteiges oder Trifft.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

VICESIMVM PRIMVM † interdictum est de itinire actuq; privato, & est interdictum prohibitorium, pertinens ad tuendas ruſticas tantummodo ſervitutes, vnde ſi aliquis vadit per fundum alicuius privati, ſive jure ſervitutis, ſive non, dum tamen hoc anno ſit vſus itinere vel actu, non ui, non clàm vel precario, & veniat alius, & prohibet ipſum volentem ire agere, ideò competit ſibi interdictum de itinire actuq; privato. *l. 1. ff. de itin. actuq; priv.* 1.

Et

2. Et in eo † sic forma libellum:

Ago Titius contra Cajum, qui volentem me vti, & vtentem via, itinere vel actu per talem fundum, cuius tales sunt confines, prohibet, qua viâ, itinere vel actu vsus sum hoc anno non vi, non clàm, non precario, vnde ne me prohibeat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de itinere actuq; privato, seu actionem in factum, loco eius interdicti subrogatam.

Wann du vber eines andern Acker oder Wiese diß Jahr vber einen steig / gang / oder trifft gebrauchet hast / nicht mit gewalt / noch heimlich / oder auch bittweise / vnd ein anderer wil dich daran hindern / kanstu jhn mit dieser Klage belangen / das er dich fort an bey geruhigem brauch solches steiges / weges / oder trifft vngehindert lasse.

CAPVT LXXXVI.

INTERDICTVM DE itinere actuq; privato reficiendo.

Klage wider den / der dich an besserung eines weges / trifft / oder steiges / so dir zustendig / hindert.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ?*
2 *Forma libelli in hac actione.*

VICESIMVM SECVNDVM † interdictum est: Si tu habeas servitutem viæ, itineris, vel actus, aut eo modò, quo in præcedenti interdicto ostensum est per annum hunc usus eâ servitute es, non vi, nec clàm nec precariò: & vis reficere locum illum in quo illa tibi seruitus debetur, sed ab aliquo prohiberis, competit tibi contra illum hoc interdictum *l. unde. 3. §. ait prætor. 11. ff. de itin. actuq; privato.* 1.

Sic itaq; † heîc libellum formabis: 2.

Ago Titius contra Cajum, qui me volentem reficere viam, iter, sive actum, quem habeo per fundum Seij, cuius fines sunt tales, de jure mihi constitutum & debitum, vel quo vsus sum hoc anno non vi, nec clam, nec precario, impedit & prohibet reficere, vnde, ne me impediat ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de itinere actuq; privato reficiendo, vel actionem in factum loco eius subrogatam.

Quod ita rectè formetur libellus docet textus præallegatus.

Wann dich jemand an besserung eines Weges/ Steiges/ oder Trifft/ so dir/ als eine Dienstbarkeit/ auff eines andern Acker zustendig/ oder du zum wenigsten diß Jahr hero weder mit gewalt/ noch heimlich/

oder bittweise gebrauchet hast / hindert / kanstu diese Klage wider jhn anstellen / das er dich die vorhabende besserung vngehindert verrichten vnd vorführen lasse.

CAPVT LXXXVII.

INTERDICTVM DE aqua quotidiana.

Klage do einem Wasser / so er in sein Hauß zu führen macht hat / versaget oder gehemmet wird.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc qua.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. VICESIMVM TERTIVM † interdictum est, si habeas jus aquæ quotidianæ ducendæ ad prædia tua, & ab aliquo prohibearis aquam illam ducere, habes contra illum interdictum de aquâ quotidianâ, quod est prohibitorium, & interdum restitutorium.

Aqua autem quotidiana non dicitur ea, quæ quotidie ducitur, sed ea quæ quotidie duci potest.

Quæ omnia habentur *in l. ait prætor. 1. in pr. & §. 1. & 2. ff. de aqua quotid. & æstiv.*

Vnde in † hoc interdicto sic concipe libellum: 2.

Ago contra Titium, qui me prohibet, ducere aquam, per fundum talem, cujus fines sunt tales, quam aquam duxi hoc anno, non vi, nec clam nec precariò. Vnde ne me impediat seu prohibeat, ago contra ipsum, & ad hoc propono actionem in factum hujus interdicti vice introductam.

Quod ita rectè formetur libellus, probatur dictis textibus.

Wann du diß Jahr weder mit gewalt/ noch heimlich/ oder bittweise durch eines andern Hauß oder Grund vnd Bodem Wasser zu deinem Hause/ Acker/ oder sonsten deinem Gute geführet hast/ aber jetzo von jemand doran gehindert werden wilt/ hastu dich dieser Klage wider denselbigen zugebrauchen.

CAPVT LXXXVIII.

INTERDICTVM DE Aqua æstivâ.

Klage wegen Sommer Wassers.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ, & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. VICESIMVM QVARTVM † interdictum est, si tu habeas jus ducendi aquam æstivam ad locum tuum, quam in priori æstate duxisti à me, & ab aliquo impediaris, ne eam ducas, habes contra eum interdictum de aquâ æstivâ: eâ, quæ solâ æstate competit. *l. ait prætor. 1. §. duo. 3. ff. de aquâ quot. & æstiv.*

2. In hac † actione sic forma libellum:

Ago Sejus contra Titium qui me prohibet, vel impedit, ducere aquam æstivam, ad fundum meum, pro irrigandis teneris cumellis, vel citreolis vel alijs, vti aquam illam duxi priori æstate, vnde, ne me impediat, vel prohibeat, ago contra eum, & ad hoc propono interdictum de aquâ æstivâ vel actionem in factum, loco eius interdicti propositam.

Quòd ita rectè concipiatur libellus, probatur *l. 1. §. deinde ait prætor. 29. ff. de aqua quotid. & æstiv.*

Wann du den nechst vorgangenen Sommer durch eines andern Acker / oder Grund vnd Boden / Wasser auff dein Feld / Wiese / Garten / etc. geführet / etwan deine Früchte oder dergleichen zu befeuchten oder zu erfrischen / vnd in dem du es jetzigen Sommer auch also leiten wilt / von jemand gehindert würdest / hastu diese Klage wider jhn anzustellen.

CAPVT LXXXIX.

INTERDICTVM DE aquâ ex castello ducendâ.

Klage wegen deß Wassers so man aus einem Bach oder Heller leiten wil.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

VICESIMVM QVINTVM † interdictum est, si aquam per castellum, id est receptaculum, quod aquam publicam recipit, ducis ad locum tuum, & impediris illam aquam ducere, habes interdictum de aqua ex castello ducenda. *l. ait prætor. 1. §. ait prætor quo ex castello. 38. ff. de aquâ quotid. & æstiv.* 1.

2. In quo † sic forma libellum:

Ago Sejus contra Mævium, qui injustè prohibet, seu impedit me, aquam ducere ex castello, seu receptaculo tali, quod aquam publicam recipit, ex quo loco jus mihi competit aquæ ducendæ, vnde ne me prohibeat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de aquâ ex castello ducendâ, vel actionem in factum eius interdicti loco subrogatam.

Quod ita rectè formetur libellus dicunt jura præallegata.

Wann bey einer Stadt/ Flecken oder Dorff ein gemeiner See/ Quell / oder Heller ist / aus welchem dir zugelassen das Wasser in dein Hauß oder Hoff zu führen/ herüber aber von jemand gehindert würdest/ hastu diese Klage wider jhn anzustellen. Allhie in Leipzig möchte diese Klage bequemet werden auff die gemeine Wasser Kunst/ aus welcher die Rören in die Stadt gehen/ vnd daraus einem jeden Bürger/ nach gelegenheit seines Hauses / Wasser zu führen vergönnet würdet/ dann so von dem Orther/ da dir deine Rören anzusetzen/ vnd das Wasser in dein Hauß zu führen/ zugelassen/ jemand dich hindern wolte/ köndte er mit dieser Klage besprochen werden.

CAPVT XC.

INTERDICTVM DE Rivis.

Klage wegen besserung der Grä-ben oder Rören dadurch das Was-ser geführet wird.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & quibus casibus competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

VIGESIMVM SEXTVM † interdictum est: Si tu habeas rivum, per quem aquam ducis, & ab aliquo prohibearis quominus reficere rivum illum vel purgare queas, vel si specum habeas, vel septa in flumine: vel fossam puteumve, & reficere aut purgare illa velis, prohibearis autem ab aliquo, habes interdictum de rivis. *l. 1. in pr. & §. seqq. ff. de rivis.* 1.

In hoc † autem interdicto sic forma libellum. 2.

Ago Sejus contra Titium, qui me prohibet, vel impedit reficere, purgare rivum, vel septa vel specum, vel puteum, quo minus, sicut anno hoc, vel æstate priore, aquam duxi, ducere mihi liceat, vnde ne impediat, vel me prohibeat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de rivis, seu actionem in factum, interdicti eius loco subrogatam.

Quod ita rectè formetur libellus, probatur *d. l. 1. & tot. tit. ff. de rivis.*

Da du Gerechtigkeit hast/ oder vorigen Sommer oder jetziges Jahr dich deroselben also gebraucht/ das du durch ein selbwachsendes Bächlin/ oder gemachten Graben/ oder durch zugemachte Ob: Oder vnter der Erden ligende Rören / Wasserfuhret / nu mehr aber an solchen Bächlin/ Graben / Rören/ etc. etwas dieser Wasserfuhrt halber bessern wilt / vnd von jemand gehindert würdest/ hastu wider jhn diese Klage.

CAPVT XCI.

INTERDICTVM DE fonte.

Klagewegen eines Brunnes.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc ad quid competat.*
2 *Forma libelli in actione de hauriendâ aquâ à fonte.*
3 *Forma libelli in actione pro reficiendo fonte.*

1. VICESIMVM SEPTIMVM † interdictum est: Si aliquis habeat vsum hauriendæ aquæ, de fonte vel puteo, vel piscinâ, vel lacu, & ab alio impeditur, con petit ei contra ipsum impedientem hoc interdictum de fonte.

Aliquando quis vult reficere fontem, vel pute-

um & ab alio impeditur, vel prohibetur reficere vel purgare, & tunc habet interdictum de fonte reficiendo. Quod vtrumq; probatur *l. 1. in pr. & §. deinde ait prætor. 6. ff. de fonte.*

Vtroq; ergò hoc casu sequentibus modis formabitur libellus. Et quidem † si de haustu aquæ agatur sic: Ago Sejus contra Titium, qui me prohibet, vel impedit, vti aquâ de fonte, lacu, puteo, vel piscinâ tali cuius fines sunt tales: quâ aquâ vsus sum hoc anno, non vi, non clàm nec precario, vnde ne impediat, vel prohibeat aquâ illâ vti, sicut hoc anno vsus fui, ago contra ipsum, & propono interdictum de fonte, vel actionem in factum, loco eius interdicti subrogatam. 2.

Sed pro † reficiendo fonte sic concipe libellum: Ago Sejus contra Titium, qui me prohibet, vel impedit purgare fontem, vel reficere piscinam, vel lacum, vel puteum, cuius fines sunt tales, vnde ne me impediat, purgare prædicta, sicut jus est mihi purgandi, & vsus sum hoc anno, non vi, non clàm, nec precario, ago contra ipsum & ad hoc propono interdictum de fonte reficiendo, vel actionem in factum eius loco subrogatam. 3.

Quod hisce modis rectè formetur libellus, probant jura supra allegata.

Wann ein ingehendes Jahr Wasser aus einem Quell/ Brunn/ Lache / oder Teich geschöpffet / vnd jetzo von jemand deß Wassers ferner zugebrauchen/ oder auch denselben Quell/ Brunn/ Lache oder Teich/ vmb solches Wasser gebrauchs willen/ zu bessern/ oder zu reinigen verhindert wirst / hastu wider jhn diese Klage anzustellen.

CAPVT XCII.

INTERDICTVM DE Cloacis.

Klage wegen der Heimligkeit.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & ad quos casus pertineat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. VICESIMVM OCTAVVM † interdictum est: Si vis cloacam tuam purgare, & ab alio impediris, item si vis cloacam de novo facere, & ab aliquo prohibearis, vel si aliquis immisit cloacam in tuo, habes contra eum interdictum de cloacis:

2. In quo † sic forma libellum:

Ago Sejus contra Titium, qui prohibet me purgare, vel reficere cloacam meam, quæ est in tali loco inter me, & ipsum, vnde ne me prohibeat, vel impediat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de cloacis, vel actionem in factum loco eius interdicti subrogatam.

Vel sic: Ago contra Titium qui inter cloacam, quæ est inter me & ipsum, in loco tali immittit talia, per quæ vsus meus in cloacâ illâ impeditur, vnde vt illud removeat, ago contra ipsum, & ad hoc propono: vt supra.

Quod ita rectè formetur libellus, *probatur l. 1. & 2. ff. de cloacis.*

Wann dich jemand ein heimlich Gemach zu bawen/ oder zu reinigen/ verhindert / oder etwas dorein sencket/oder leget / dodurch dir deſſelben brauch gehemmet wird/ haſtu wider jhn dieſe Klage anzuſtellen.

CAPVT XCII.

INTERDICTVM DE precario.

Klage wegen deß / ſo man einem bittweiſe vergönnet hat.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

VICESIMVM NONVM † interdictum eſt: Si rem tuam alicui precariò conceſsiſti, tàm diu quam diu patiaris, & ille non vult eam reſtituere, potes eam recuperare per interdictum de precario. *l. 1. & l. 2. ff. de precar.* 1.

In quo † ſic forma libellum : 2.

Ago Sejus contra Titium, cui talem rem concerſi precario, & qui eam mihi reddere recuſat, vnde ad hoc, vt mihi reſtituat eandem, ago contra

ipsum, & propono interdictum de precario, vel actionem in factum, loco eius subrogatam. Quod ita rectè formetur libellus probatur dictis legibus.

Wann du jemand etwas Landts vergünstiget hast/ vnd von ihm nicht wider erlangen magst / hastu wider jhn diese Klage anzustellen.

CAPVT XCIIII.

INTERDICTVM DE arboribus cædendis.

Klage/ Bäume so dem Nachbar zu nachtheil wachsen abzuhawen.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ sit & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. TRICESIMVM † interdictum est. Si arbor, vicini tui, impendet supra domum tuam, vel agrũ: vel si arbor illa superexcrescat, & damnum inferat fundamentis domus tuæ, habes contra dominum arboris interdictum de arboribus cædendis, per quod consulitur ei, qui habet arborem, quòd eam succidat, alioquin tu, in cuius domum vel agrum impendet, succidere poteris. *l. 1. in pr. ff. de arborib. cædend.*

2. In hoc † autem interdicto sic forma libellum:

Ago Sempronius contra Cajum, qui arborem positam in horto vel areâ suâ, & impendentem super domum meam non vult succidere nec etiam patitur, quòd ego succidam, vnde vt me succidere vel incidere patiatur, ago cõtra ipsum, & ad hoc propono interdictum de arboribus cædendis, vel actionem in factum loco eius subrogatam.

Si autem impendeat in agro dices ita: Ago contra Cajum cuius arbor posita in prædio eius impendet super prædium meum, quam arborem ipse à terrâ vsq; ad 15. pedes deglabrare non vult, vnde ne me volentem vsq; ad prædictum legitimum modum deglabrare, prohibeat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de arboribus cædendis, ex secundo capite, vel actionem in factum, quæ in interdicti eius locum subrogata est.

Sic rectè formari libellum, probatur *d. l. 1. in pr. & §. deinde ait prætor. 7. ff. de arborib. cædend.*

Wann deines Nachbarn Baum deinem Wohnhause zu nahe stehet/ vnd er jhn nicht wil abhawen/ noch dich abhawen lassen. Item wann solcher Baum deinem Acker/ oder Wiese/ oder sonste einem Landgute zu nahe stehet/ vnd der Nachbar wil denselbigen Baum nicht biß auff 15. schuch von der Erden an/ in die höhe/ abhawen/ oder beschneiden lassen/ hastu diese Klage anzustellen/ das er dich solches verrichten lassen muß.

CAPVT XCV.

INTERDICTVM DE glande legenda.

Klage wegen einlesung der Eichel oder anderer Baumfrüchte.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. TRICESIMVM PRIMVM † interdictum est, si fructus arborum tuarum cadant in fundum vicini tui, & vis illos fructus colligere, sed vicinus tuus te prohibet, habes contra illum interdictum de glande legendâ, in quo sic forma libellum:

2. Ago † Sejus contra Titium qui fructus, qui ceciderunt ex arbore meâ in agrum eius, non patitur me colligere, vnde ne me colligere volentem prohibeat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de glande legendâ, vel actionem in factum eius interdicti loco subrogatam.

Quod ita rectè concipiatur libellus, probatur *l. 1. ff. de glande. legen.*

Wann deine Früchte von deinem Baum auff eines andern Acker oder Garten gefallen / du sie auffleſen wilt / aber jener dich doran hindert vnd hemmet / hastu diese Klage wider jhn anzustellen.

CAPVT XCVI.

INTERDICTVM DE migrando.

Klage wider den der einen nicht außziehen lassen wil.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

TRICESIMVM SECVNDVM† interdictum est: Si ab aliquo domum conduxisti, & modò res tuas vis inde extrahere, & dominus te prohibet, habes contra eum interdictum de migrando; & in eo sic forma libellum: 1.

Ago Titius† contra Sejum, qui talem domum mihi locavit, cuius fines sunt tales, pro decem solidis, vel etiam gratuitò concessit, in quam domum res tales intuli, quas me efferre non permittit, neq; liberum mihi cum rebus meis exitum concedit, vnde ne me impediat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de migrando, vel actionem in factum subrogatam in locum eius. 2.

Quod ita rectè formetur libellus, probatur *l. 1. ff. de migran.* vbi etiam §. *cui. 2.* habes, quod & extra ordinem hoc in casu actori subveniatur, quoties quis solutâ pensione migrare vult, & à domino locatore prohibetur.

Wann du von jemand ein Hauß gemietet/ oder sonsten etwas im Pacht einbekommen/ vnnd nach gezahletem Zinß auszihen / vnd dein gerechtlein hinweg schaffen wilt/ aber der Herr des Hauses oder Gutes dich hierinne hemmet, hastu diese Klage wider jhn.

CAPVT XCVII.

DE SALVIANO INterdicto.

Von der Salvianischen Klage.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Forma libelli in hac actione contra ipsum colonum vel hæredem eius.*

1. TRICESIMVM TERTIVM †interdictum est: Si colonus tuus intulit res in fundum, vel inquilinus in domum, & res illæ à colono, vel inquilino vel ab alio possidentur, potes possessionem illarum rerum avocare per interdictum Salvianum hoc modo:

Ago † Sejus contra Titium, qui res tales, mihi obligatas, à colono meo tali, pro pensione fundi talis, quem ipsi locavi pro decem, tenet seu possidet, vnde vt mihi possessionem rerum prædictarum tradat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum vtile Salvianum, vel actionem in factum subrogatam loco ipsius interdicti. probatur *l. 1. ff. de interdicto Salviano & l. 1. C. de precar.* 2

Si autem vis † agere contra ipsum colonum, vel heredem eius, dicas : Ago contra Titium colonum meum vel coloni heredem, cui locavi prædium tale pro decem, nomine pensionis mihi solvendis, pro qua pensione res eius tales fuerunt mihi obligatæ, vnde vt res illas mihi tradat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum Salvianum directum, vel actionem in factum eius interdicti loco subrogatam. Vt per jura præallegata. 3.

Wann du jemand ein Gut verpachtet hast / für welche verpachtung vnd zinß dir etwas seiner Güter zum vnterpfand hafftet / oder eingesetzt / vnd ein anderer oder auch der Pachtman selbst oder sein Erbe solche verpfendete Güter bey sich hat / kanstu von wegen deß Zinses / die Güter durch diese Klage in deine Gewehr oder Posseß bringen.

De materia huius interdicti vide eleganter Antoninum Tessaurum *decis. 175. incip. Salvianum remedium. & decis. sequent.*

CAPVT XCVIII.

INTERDICTVM DE Novi operis nunciatione.

Wann jemand einen newen Bau einem andern zu nachtheil vornimpt.

SVMMARIA.

1 Actio hæc quæ.
2 Forma libelli in hac actione.

1. TRICESIMVM QVARTVM † interdictum est: Si alicui volenti ædificare in solo tuo, tu nunciasti ne ædificaret, & ille post denunciationem ædificavit, habes contra eum interdictum de novi operis nunciatione, per quod compellitur ædificium destruere, suis expensis, etiamsi justè ædificaverit. *l. 1. in pr. l. prætor ait. 20. in pr. ff. de novi oper. nunciat.*

2. Et in hoc † interdicto sic forma libellum:

Ago Sejus contra Titium, qui postquam nunciavi novum opus, in ædificio tali per jactum lapilli, ipse ædificavit, vnde ad hoc, vt suis expensis ædificium destruat, propono interdictum de novi operis nunciatione, vel actionem in factum loco eius subrogatam.

Quòd ita rectè concipiatur libellus, docent leges præallegatæ.

Wann jemand auff seinem grunde etwas bawet vnd du kündigest jhm an das er mit diesem Baw jnne halte / er aber nichts deste weniger fortfehret / kanstu wider jn diese Klage anstellen / das er das jenige / so er nach beschehener ankündigung oder denunciation gebawet / auff seinen kosten wider einreissen muß.

De materia huius interdicti vide Andream Gail *lib. 1. obs. 16. incip. & si nunciatio. &c. per tot.*

CAPVT XCIX.

DE INTERDICTO VT LIceat ædificare ei cui nunciatum est, si satisdederit.

Klage wann der jenige dem ein newer Baw angekündiget vorstand letstellet vnd zu bawen verhindert werden wil.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

TRICESIMVM QVINTVM † interdictum est: Si tibi nunciatum est novum opus, & tu satisdedisti, vel paratus es satisdare vel nuncianti, si præsens est, vel vrbicariæ præfecturæ, vel provinciali si nuncians sit absens, de opere de moliendo tuis expẽsis, 1.

si apparuerit te injustè ædificasse, & ille adhuc non cessat te impedire, habes contra eum interdictum hoc, quod est prohibitorium, ne vis fiat, ei, qui satisdedit de opere destruendo, si vult ædificare, *vt l. prætor ait. 20. §. deinde ait prætor. 9. & §. seq. ff. de op. novi nunc.*

2o Et in hoc † interdicto sic forma libellum:

Ago Sejus contra Titium, qui cum nunciasset mihi novum opus, & ipsi satisdederim de opere demoliendo, si appareret me injustè ædificasse, vel paratus essem satisdare, & nunc velim ædificare, ipse me prohibere & impedire, quo minus ædificem, non cessat, vnde me impediat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de novi operis nunciatione, quo cavetur, vt satisdatione præstitâ ab eo, cui nunciatur novum opus, non impediatur ædificans quo minus ædificet, vel actionem in factum loco eius subrogatam. Quod sic rectè concipiatur libellus, dicunt leges præallegatæ.

Wann dir jemand einen newen Baw angekündiget/ vnnd du jhm vorstand bestellet hast/ oder zu bestellen bereit bist/ er aber dich dennoch nicht wil ferner bawen lassen/ hastu diese Klage wider jhn anzustellen.

CAPVT C.

DE INTERDICTO fraudatorio.

Klage wann der Schuldener etwas dem Gleubiger zu nachtheil voreussert hat.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

TRICESIMVM TERTIVM † interdictum est si contigit, quòd debitor alienat in fraudem creditoris, competit propter hoc creditori interdictum fraudatorium *vt ff. de solut.* §. *si pupilli debitor.* 66. *in pr. Odofred. in summa de libell. formand. hoc tit.* 1.

Forma bis † autẽ heîc libellum ut in Calvisiana & Pauliana seu Faviana, de quibus supra *cap.* 33. *&* 34. plenè diximus in suis rubricis, vnde quæ dicta sunt illic, intelligantur hoc in interdicto tacitè repetita. 2

Finitur tractatus de interdictis.

CAPVT CI.

INTERDICTVM DE Albo corrupto.

Klage wider den der der Obrigkeit offentlich angeschlagene Edict oder Mandat abreisset oder verderbet.

SVMMARIA.

1 *Edicta prætoriæ jurisdictionis sunt.*
2 *Actio de albo corrupto quæ.*
3 *Forma libelli in hac actione.*
4 *Actio hæc an pœnam parti totam an pro parte applicari petat?*
5 *In Popularibus actionibus cui applicetur pœna. & n. 7.*
8 *L. Lege Cornelia. 25. in fi. ff. de SC. Syllan. declaratur.*
9. *L. Prætor ait. 3. §. divus. 5. de sepulch. viol. explicatur.*

1. POsteaquam hactenus secundam actionum partem nempe de interdictis explicavimus, sequitur nunc vt & de edictis, quæ † & ipsa prætoria sunt, studiosis disseramus: Et quia edictum de albo corrupto contemtam Prætoris vindicat majestatem, idcircò de eo primum videamus.

2. Si quis † igitur corruperit, seu deleverit, vel cassaverit album prætoris, cuius loco hodie sunt tabulæ cum charta affixa, punitur in quinquaginta aureis per edictum de albo corrupto. *l. si quis id quod. 7. in pr.*

ff. de iurisdict. Schneidevin in §. pœnales. 12. n. 26. ibi. quartò principaliter quæritur. &c. Instit. de action.

In hoc † autem edicto sic forma libellum: 3.

Ago Titius contra Cajum quod Illustrissimi Saxoniæ Electoris mandatum seu edictum de modo succedendi ad parietes curiæ, quò ab omnibus conspiceretur ac legeretur, publicè affixum, sine jussu magistratus, ausu temerario 3. Octob. Anno 1601. refixit, vnde peto eum in quinquaginta aureos mihi condemnari, vnâ cum refusione expensarum: & ad hoc propono vtilem actionem in factum, subrogatam in locum edicti de albo corrupto vel ipsum edictum vtile. Quod ita rectè concipiatur libellus, probatur *dictis iuribus. & per Schneidevin. in d. §. pœnales n.* 29.

Wann einer der Obrigkeit öffentlich angeschlagenes Mandat oder Edict verderbet / oder abreisset / oder dergleichen etwas frevenlich daran vornimpt / welches zu der Obrigkeit verkleinerung gereichet / derselbe kan mit dieser Klage belanget werden / das er funffzig gülden straff dem Kläger reichen muß.

Nota † tamen cum hæc actio popularis sit, haud vsquequaq; apud interpretes convenire, an hæc 50. aureorum pœna tota parti applicanda sit, an verò pro parte dimidiâ actori & pro dimidiâ fisco. Quanquam † autem communis sit opinio, pœnam totam applicari parti, *vt testatur Schneidevvin. in d. §. pœnales. 12. n. 28. ibi. sed iam iterum dubitatur. &c. Instit.* 4. 5.

de act. Alexan. in l. si quis id quod 7. n. 19. & n. 20. ff. de iurisdict. vbi communem dicit. Vvesemb. in parat. ff. de iurisdict. n. 13. vers. ad pœnam 50. aureorum. &c. Tamen cum † regulariter populares actiones dimidiam pœnæ partem petitori & dimidiam fisco applicent *l. lege Cornelia 25. in fi. ff. de SC. Sillania.* Videbatur idem hoc in casu dicendum.

6.

7 Crediderim † sanè populares actiones in solidum competere agenti, *per text. in l. prætor ait. 3. in prin. ibi ei actionem dabo. ff. de sepulch. viol.* 8. Non † obstat *d. l. 25. in fi. ff. de SC. Syllan.* quia ibi nominatim prætor mediam partem in publicum redigit. Non

9. † obstat etiam *d. l. prætor ait. 3. §. divus 5. ff. de sepulch. viol.* vbi pœna fisco inferri dicitur. Nam ibi nominatim id princeps ita sanxit.

CAPVT XCII.

EDICTVM SI QVIS jus dicenti non obtemperaverit.

Klage da einer dem Richter nicht gehorsam leistet.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione pro interesse partis.*

3 *Forma libelli hac in actione ad pœnam.*
4 *In Foro Saxonico quemadmodum contemtus judicis vindicetur.*
5 *In Camera Imperiali quomodo procedatur adversus eum qui mandatis non paret.*

SECVNDVM † edictum est: Si quis judici non obtemperaverit, vel in principio, vel in medio, vel in fine, judex potest illum multare ex hoc edicto. 1.

In quo sic † forma libellum: 2.

Ago Sejus contra Titium qui vocatus à tali judice civitatis Lipsensis, vt compareret coram eo ad meam petitionem, & responderet mihi, venire contemsit, vnde quia non venit, interest meâ in tantum, idcircò illud interesse peto, & ad hoc propono edictum, si quis jus dicenti non obtemperaverit.

Si autem † vis, vt judex eum puniat, hoc est, multet pœnâ pecuniariâ, concipias ita libellum: Ago Sejus contra Titium, qui mandatum sibi á vobis domino judice factum non adimplevit, & sic vobis non obtemperavit, vnde vt ipsum puniatis ago, & ad hoc propono actionem in factum ex edicto si quis jus dicenti non obtemp. 3.

Quod ita rectè concipiantur libelli, *probatur l. vn. ff. si quis ius dic. non obtemperav.*

Hodie † tamen ferè, cum quis citatus non compareat, in foro Saxonico condemnatur in Ehehafft/ & in expensas parti, si iterum non compareat, condemnatur pro contumace, & in expensas parti. quan- 4.

doq; autem quis à judice ſub certa pœnâ citatur : Sic & mandatur aut inhibetur ſub pœnâ, tumq; ſi quis non pareat mandato, vel inhibitioni in pœnam illam fiſco applicandam condemnatur.

5. In † Camerâ etiam Imperiali mandata eduntur cum clauſula (ſi ſcilicet juſtas cauſas recuſandi habeant, vt compareant tum vel tum, & eas doceant.) Et ſine clauſulâ primum ſub pœna pecuniaria, poſt ſub pœnâ proſcriptionis der acht / etc. qua de re latè vide *And. Gail. in obſervationibus ſuis paſſim. vt & Petr. Frider. Mindan. de mandatis & proceſſib. Cameræ Imperialis.*

Wann einer dem Gebot des Richters nicht gehorchet / hat jhn das andere theil zu beklagen auff ſein intereſſe oder auch auff willkührliche Geldſtraffe deß Richters: Nach jetzigem gebrauch der Gerichte in dem Churfürſtenthumb Sachſen / vnd ſonſten nach gemeinem Sachſen Rechte / wird der vngehorſame theil erſtlich auffgehafft / nochmals in den vngehorſam vnd beydes Termins in die vnkoſten vertheilt.

Es pfleget auch bißweilen der Richter (wie im Hoffgericht breuchlich) zu befehlen vnnd zu inhibiren bey einer Namhafften geldſtraffe / als bey 50. oder 100. oder mehr Goltgülden / mit der Clauſel : Wo ferne er andere rechtmeſſige vrſachen hette / ſolte er ſich die inhibition nichts jrren laſſen / ſondern in ſeinem vorhaben fortfahren / vnnd auff den oder den tag erſcheinen / dieſelbe anzeigen vnnd juſtificiren.

Cas.

Jngleichem wird es auch am Keyserlichen Cammergericht gehalten/ do dann Mandata sine clausula, & cum clausula abzugehen pflegen. Wird nun einer vngehorsam/ vnnd kan sein beschehenes vorweigern nicht justificiren, so wird er erkleret/ in die straffe/ so im Mandat ernennet/ gefallen zu sein. Welches stat hat in mandatis cum clausula. Wann aber das Mandat sine clausula, so erwartet man der justification nicht/ sondern es wird der vngehorsame theil/ so er in der zeit/ die jhm in dem Mandat ernennet/ nicht parirt, also bald in die benente straff gefallen zu sein erkleret.

CAPVT CIII.

EDICTVM SI QVIS TEmerè vocaverit aliquem in jus quem vocare non licet.

Klage wider den der einen vor Gericht fordert / welchen zu fordern jhm nicht zugelassen ist.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Advocatus omissam dilatoriam post opponens quando puniatur.*

1. TERTIVM † edictum est: Si quis temerè vocaverit aliquem in jus, quem vocare non licet, puta patronum, vel parentem, sine veniâ, punitur in 50. aureis per hoc edictum. *l. in eum.* 24. *& l. seq. ff. de in ius voc.*

2. In quo † sic forma libellum:

Ago Titius contra Cajum, qui me patrem suum seu patronum vocavit in jus, sine veniâ, à prætore sive à potestate sibi concessâ, & in dicta vocatione fuit litem contestatus, vnde ipsum in 50. aureis condemnari seu puniri peto, & ad hoc propono actionem in factum ex edicto de in jus vocando.

Quod ita rectè proponatur libellus, dicunt II. prælegatæ & §. *penales.* 12 *ibi Schneidewin.* n. 30. *& seqq. Instit. de action.*

Wann jemand seinen Vater oder andere Personen (so da *in l.* 2. 4. 1. *& passim. ff. de in ius vocand.* benennet/ also in gemein alle die jenigen sind denen man Ehrerbietung schuldig ist/) ohne erlaubnis für Gericht fordert/ vnnd darinne biß zur Krieges befestigung verharret/ kan wider ihn auff straff 50. Gülden geklaget werden.

3. Nota † cautè perseverantem requiri vsq; ad litis contestationem, quoniam † sic in simili advocatus, qui inter exordia litis omissam dilatoriam exceptionem, postea vult exercere, pænâ vnius libræ auri mulatur *l. si quis advocatus. penult. C. de except.* Si videlicet vsq; ad sententiam perseveraverit. *vt Modestin. Pistor. in intellectibus suis singularibus tradidit arg. l. Papinianus.* 8. §. *meminisse.* 14. *ff. de inofficios. testam.*

l. alia.

l. alia. 8. C. de his quib. vt indig. l. qui cum natu maior. 14. §. accusasse. 8. l. in seruitutem. 16. §. petijsse. 3. ff. de bon. libert. Quorum textuum argumentum etiam fortasse ad speciem huius edicti accommodari potest.

CAPVT CIIII.

EDICTVM SI QVIS IN jus vocatus non ierit.

Klage wann einer vor Gericht geladen nicht erscheinet.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc qua.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Exceptio contra hanc actionem quæ competat.*

QVARTVM † edictum est: Si quis vocatus fuerit à judice, & ipse non vadit ad eum, potest judex eum punire secundum suam jurisdictionem, ex hoc edicto, si quis in jus vocatus non ierit. *l. ex quacunq. 2. ff si quis in ius voc. non ierit.* 1.

In hoc † edicto sic concipias libellum: 2.

Ago Sejus contra Titium, qui vocatus à judice Lipſenſi, non venit coram eo, cum eſſet jurisdictioni ipſius ſuppoſitus, vnde peto ipſum condemnari ſecundum voluntatem veſtram, & ad hoc propono actionem in factum, ex edicto, ſi quis in jus vocatus non ierit.

Wann einer vom Richter für Gericht geladen iſt/ vnd nicht erſcheinet/ kan jhn der Richter/ mit willkührlicher Geldſtraffe belegen/ dazu dann dieſe Klage angeſtellet werden mag.

Excipi † contra hanc actionem poteſt, quod actoris nihil interſit, reum veniſſe in judicium. *d. l. ex quacunq; 2. §. fin. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.*

CAPVT CV.

EDICTVM DE EO QVI NON accepit aliquem fidejuſſorem pro reo Principali.

Klage wann einer keinen Bürgen für den Beklagten annehmen wollen.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. QVINTVM † edictum eſt: Si aliquis noluerit recipere fidejuſſorem pro illo, qui debeat ſatis-

dare

dare judicio sisti, id est, dare fidejussorem, quòd stabit judicio, & actor fidejussorem illum recusat, aliumq; petit ideò proditum est edictum, per quod pœna imponitur ei 50. aureorum, *l. 1. & 2. ff. in ius voc. vt eant.*

In hoc † edicto sic forma libellum:

Ago Sejus contra Titium, qui à me fidejussorem judicio sistendi causâ paratum dare locupletem & fide dignum, & habilem ad conveniendum, sine causâ recipere recusauit, cum de jure recusare non debuit, vnde ipsum condemnari peto in 50. aureis, & ad hoc propono actionem in factum, ex edicto in jus vocati vt eant vel satisdent.

Quod ita rectè concipiatur libellus, dicit l. præallegata.

Wann dich einer für Gericht laden lassen/ vnnd du jhm Bürgen setzen solt/ das du dich für Gericht jederzeit stellen wollest/ auch einen ehrlichen Mann zum Bürgen vermocht hast / aber jener jhn nicht annehmen / besondern einen andern haben wil / hastu diese Klage wider jhn anzustellen/ vermittels welcher er 50. Gülden straff seiner vorweigerung halber erlegen muß.

Caput

CAPVT CVI.

EDICTVM NE QVIS eum qui in jus vocatus est vi eximat.

Klage wider den der einen vor Gericht geladenen mit gewalt wegführet.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. SEXTVM † edictum est : Si aliquis vi eximit aliquem vocatum ad judicium, punitur in quantum actor in litem juraverit ex hoc edicto, in quo sic forma libellum.

2 Ago † Sejus contra Titium, qui Cajum à me vocatum in judicium, vi exemit, vnde quantum in litem juravero, in tantum ipsum condemnari peto, & ad hoc propono actionem in factum, ex illo edicto, ne quis eum, qui in jus vocatus sit, vi eximat.

Quod ita rectè formetur libellus, dicit *l. 1. & 3. & tot. tit. ff. ne quis eum qui in ius vocatus est, vi exim.*

Wann du einen für Gericht hast laden lassen/ vnd ein ander den geladenen mit gewalt abführet / das er vor Gericht nicht kömmet / hastu wider jhn diese Klage anzustellen / vnd schwerest auff den Krieg/ so hoch du es achtest dir doran gelegen sey/ das jener vor Gericht erschienen were.

CAPVT CVII.

EDICTVM DE EO per quem factum est, quo minus quis in judicio sistat.

Klage wann jemand einen verhindert hat / damit er sich vor Gericht nicht hat stellen mögen.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Quibus rebus hæc actio à præcedenti differat.*

SEPTIMVM † edictum est. Si aliquis dolo malo faciat, quò minus quis sese judicio sistat, tenetur actione in factum ex illo edicto. 1.

2. In hoc autem † edicto sic concipe libellum:

Ago Titius contra Cajum, qui dolo malo impedivit Sempronium, quo minus in judicium veniret, & mihi in jure meo responderet, vnde quia meâ interest in 20. id factum non esse, ideò ipsum Cajum in prædictis 20. condemnari peto, & ad hoc propono actionem in factum ex edicto, de eo per quem factum est, quo minus quis in judicio sistat.

Quod sic rectè concipiatur libellus, *probatur l. 1. & tot. tit. ff. de eo per quem fact. erit.*

Wann jemand betrieglicher weise verhindert/ das einer nicht kan vor Gericht erscheinen/ hat man wider jhn diese Klage auff das interesse anzustellen.

3. Differt † autem hæc actio à præcedenti quatuor modis, primò quia illa competit tantum vbi vis facta; hæc competit etiam sine vi. Secundò illâ actione non consulitur nisi vocanti in jus, id est actori, hâc verò etiam vocato: Tertiò illâ actione agitur quanti in litem juratum fuerit, hac ad interesse. Quartò illa actio locum habet ante vocationes & satisdationes receptas, hæc post ita distinguit *gloss. in rub. ff. de eo per quem fact. erit.*

Diese Klage ist vnterschieden von der vorgehenden in vier stücken/ erstlich jene gehet an allein wann einer mit gewalt abgehalten worden/ diese aber wann mit betrug. 2. Jene hat allein der Kläger diese auch der geladene. 3. In jener schweret man auff den Krieg/ hie wird das interesse schlecht gebeten. 4. Jene gehet an vor: Diese nach beschehener ladung vnnd geleistetem vorstand.

CAPVT CVIII.

EDICTVM DE edendo.

Klage vmb edirung Brieffli-cher vrkunden.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

OCTAVVM † edictum est, si aliquis habet in- 1.
strumenta tua propria, vel communia, vel rationes, & eas tibi non exhibuit, poteris ea petere tibi edi per officium judicis *vt ff. de edendo*, vbi primò, Reo illo non edente, succedit actio ista in factum, ex hoc edicto, in quo sic forma libellum.

Ago † Titius contro Sejum, qui rationes mihi, 2.
vel instrumenta mea propria vel communia, cum ab eo petij non exhibuit, vel edidit, & malicioſè, quia minus plenè, vnde quia propter illas rationes vel instrumenta non edita & malicioſè edita, sum damnificatus in 20. idcircò illa 20. peto, vel si non vis facere certum, dicas, peto meum intereſſe, & ad hoc propono actionem in factum ex edicto de edendo.

Quod ita rectè concipiatur libellus, *probatur l. vbi.* 8. §. *fin. l. argentarius.* 10. §. *cum autem.* 3. *ff. de eden.*

Wann jemand vrkunden hat / die dein / oder dir mit jhm gemein seind / er sie aber dir / auff dein begehren / nicht ausantworten / noch ediren wil / so hastu diese Klage wider jhn anzustellen / so hoch dir daran gelegen / das die außantwortung dir widerfahren were.

CAPVT CIX.

DE ACTIONE IN FACTUM ex edicto de calumniatoribus.

Klage wider Verleumbder.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & quibus casibus competat.*
2 *Forma libelli in hac actione, & n. 3.*
4 *Exceptio quæ contra hanc actionem competat.*

1. NONVM † edictum est: si aliquis dat pecuniam alicui, vt moveat contra me negocium vel causam, per calumniam, vt calumniosè vocet me coram judice, vel dum aliquis vellet me vocare calumniosè coram judice, ipsi dedisti pecuniam ne me vocaret, vtroque casu datur mihi actio in factum, ex edicto de ca-

lumniatoribus, in quadruplum infra annum, post annum in simplum. *text. in l. 1. in pr. l. si ab eo. 8. ff. de calum.*

In hoc † autem edicto sic forma libellum: 2.

Ago Titius contra Cajum, qui 20. aureos recepit à Seio, vt mihi negocium calumniosè faceret, vnde illos 20. aureos solvi mihi in quadruplum peto, & ad hoc propono actionem in factum, quæ oritur ex edicto de calumniatoribus.

Quod ita rectè concipiatur libellus, dicit *d. l. 1. & l. & generaliter. 3. ff. de calumn.*

Quod si † autem pecuniam accepisti, ne mihi negocium faceres, sic forma libellum: Ago contra Cajum, qui à Sejo recepit 20. aureos, ne mihi calumniosam quæstionem moveret, vnde istos 20. aureos in quadruplum mihi solvi peto, & ad hoc propono actionem vt supra. Et probatur *l. si quis ab alio. 7. ff. de calum.* 3.

Wann einer sich hat mit Gelde stechen oder erkeuffen lassen/ das er mich böβlicher vnnd verleumbderischer weise beklage / oder auch da er mich also böβlicher vnd verleumbderischer weise beklagen vnnd mir zu schaffen machen wollen ich oder sonst jemand jhm Geld geben/ damit er von diesem seinem vornehmen wider mich abstünde/ so habe ich diese Klage wider jhn anzustellen/ das er das jenige/ so er hierauff genommen/ mir vierfeltig erstatten müsse/ jhnerhalb Jahres frist/ hernach aber einfeltig.

4. Excipi † contra hanc actionem poteſt quod non per calumniam ſed tranſigendi animo pecuniam illam acceperit. *l.* 1. §. *ſed & conſtitutio.* 3. *verſ. nam tractari poteſt. ff. de calumniat.*

Wider dieſe Klage kan zur ſchutzwehr gebraucht werden/ das man das Geld nicht vmb abſtellung der Verleumbdung/ ſondern vmb vertrages willen genommen.

CAPVT CX.

DE ACTIONE IN FACTVM ſubrogatâ in locum actionis de dolo poſt biennium.

Klage wegen betrugs.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & quamdiu competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. DECIMVM † edictum eſt: Cum actio de dolo competat ſolummodò intra biennium, & non vltra *l. fin. C. de dol.* ideò poſt biennium contra ipſum doloſum, in eo, quo locupletior eſt factus, actio in factum inducta eſt, in locum actionis de dolo, quæ perpetuò competit. *l. itaq.* 28. §. *fin. ff de dol.*

2. In qua † ſic forma libellum *vt dixi ſupra in actione de dolo. cap.* 57.

Wann jemand mit betrug dich vbervortheilet hat/ vnd aber die zwey Jahr/ dorinne du ſtracks auff

den

den betrug hettest klagen können/ verflossen sein / hastu nichts desto weniger diese Klage wider jhn nach der zeit/ biß auff 30. Jahr / nach Keyser Rechten / nach Sachsen Rechte aber biß auff 30. Jahr/ Jahr vnd tag anzustellen/ dadurch du das jenige erlangen kanst/ worin er aus diesem an dir gevbeten betrug reicher worden ist.

CAPVT CXI.

DE ACTIONE IN FACTVM subrogata in locum actionis de dolo contra parentes & conjunctas personas.

Klage wegen betrugs der Eltern vnd verwandter Personen.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæsit.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

VNDECIMVM † edictum est: quia & alia est actio in factum subrogata in locum actionis de dolo, quæ datur liberis & libertis deceptis à patre & patrono contra ipsos, & quibusdam alijs personis contra eos, qui in dignitate sunt positi, vt plebejo contra consularem. &c. *l. non debet. 11. §. & quibusdam. 1. ff. de dol.* 1.

2.

Vnde † in hac actione sic forma libellum:

Vobis domino Iudici Lipsensi conqueror ego de Marco patre meo, qui, cum sim emancipatus, suis suasionibus, totâ die mihi suadendo induxit me, vt venderem sibi prædium meum, aliâs non venditurus, vel dum proposuissem vendere, suo suasu vendidi sibi minus 10. aureis, quàm valeret. Vnde vt dictum prædium meum restituat, vel illos decem aureos mihi solvat, ago contra ipsum, & ad hoc propono actionem in factum, quæ contra tales intentatur.

Quod ita rectè concipiatur libellus, dicit l. præallegata.

Wann dein Vater oder Patron / oder auch ein vornehme beampte Person dich / der du ein gemeiner vnansehlicher Mann bist / betrogen hat / so magstu solches betrugs halber diese Klage wider jhn anstellen / vnd bitten / das senige / dorin du von jhm vbervortheilet bist / dir zu erstatten / oder auch den Contract gar vmbzustossen / vnd dir das deine wider geben / wie droben mit mehrem bey der Klage wegen betrugs meldung geschehen / *supra cap. 57.*

CAPVT CXII.

DE ACTIONE IN FA-ctum ex edicto, de alienatione, judicij mutandi causâ, factâ.

Klage wann er ein Gut auff einen andern voreussert damit dem gegentheil desto mehr zuschaffen gemacht werde.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ sit & ad quid competat.*
2 *Actio quod metus causa est in rem scripta.*
3 *Interdicta in rem scriptæ actiones sunt.*
4 *Forma libelli in hac actione.*
5 *Exceptio quæ contra hanc actionem competat.*

DVODECIMVM † edictum est: Si contra aliquem volebas intentare actionem, (vt puta rei vendicationem, vel aliam actionem realem, vel personalem actionem, quæ sit in rem scripta, qualis † est quod metus causâ, actio *l. metum. 9. §. cum autem. 8. ff. quod met. caus.* & † interdicta omnia. *l. 1. §. interdicta. 3 ff. de interdict.*) & ille qui rem eam cuius nomine agere volebas, possidet, futuri istius judicij mutandi causâ, illam ipsam rem alienavit in alium, fortè 1. 2. 3.

potentiorem. (Mutandi dico, quò ad se, & quod ab alio, cui alienavit, suscipiatur. Nam rem vult habere, sed litem in alium transfert) vt molestum adversarium in suum locum subijciat: Habes contra illum alienantem actionem in factum à Prætore, per quam tuum interesse consequeris, reservatâ tibi rei vindicatione, vel aliâ reali actione, contra possessorem, cum possessio subijciat adversarium actioni in rem. *l. 1. in fi. l. item. 4. in fi ff. de alienat. iudic. mut. caus. fact. l. vn. C. eod.*

4. Vnde † sic forma libellum:

Ago Sejus contra Titium, qui rem talem, cuius nomine agere contra ipsum volebam, judicij mutandi causâ alienavit, & dedit Cajo cum res illa sit ad eum reversura, qui Cajus est potentior, quâm Titius adversarius meus, vel est alterius provinciæ homo, vel homo malicioſus. Vnde quia propter talem alienationem interest meâ in 20. ideo illa 20. interesse meum peto, & ad hoc propono actionem, quæ descendit ex edicto Prætoris, de alienatione judicij mutandi causâ facta.

Quòd sic rectè concipiatur libellus, dicunt jura supra allegata.

Wann einer ein Gut / dorumb du jhn belangen wilt / auff einen andern vorеussert / also das er es zwar wider bekomme / du aber deine Klage nimmermehr wider denselbigen / auff den ers vorеussert / anstellen must / daher dir die sache schwerer gemacht würdet / wil dieser mechtiger / als der erste besitzer / oder auch ein Mann aus einem andern Lande / oder sonsten ein Zanckischer

Kopff ist/ so hastu wider den ersten Besitzer diese Klage anzustellen / so hoch als dir doran gelegen / das er benendtes Gut nicht von sich gestellet/ vnd auff diesen voreussert vnd bleibt dir dennoch die Klage wider den jetzigen Besitzer deß Gutes beuor / das du nochmals das Gut von jhm / als dem Besitzer abfordern vnd veudiciren mögest.

Excipi† contra hanc actionem potest, quòd alienatio non sit facta judicij mutandi causâ, sed ne cogeretur eius rei nomine sæpius litigare. *l. item* 4. §. *item.* 1. *vers. potest autem. ff. de alien. iudic. mut. caus. fact.*

Wider diese Klage kan zur schutzwehre gebraucht werden/ daß das Gut / nicht einen andern widerpart vorzuschieben/ vereussert / sondern damit man vieles rechtfertigens geübriget sein möchte.

CAPVT CXIII.

DE ACTIONE IN FACTVM ex edicto, nautæ, caupones, ſtabularij.

Klage wider Schiffleute vnd Gaſtwirte.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quot modis detur.*
2 *Formæ libelli in hiſce actionibus.*

1. DECIMVM TERTIVM † edictum eſt, ſi aliquis intrat navim cum rebus ſuis, vel cauponam, vel ſtabulum, & de rebus ſuis amittit aliquid, Prætor duabus ipſi actionibus ſuccurrit, quarum vna eſt in ſimplum contra nautas caupones & ſtabularios, & eſt ex contractu vel quaſi: Alia eſt in duplum, & eſt ex quaſi maleficio, & vtraq; competit contra prædictas perſonas *l. 1. in pr. l. fin. §. item ſi. 1. ver. ſ. hæc actio. ff. naut. caup. ſtabula.*

2. In priore † actione ſic forma libellum:

Ago Sejus contra Titium nautam, cauponem, vel ſtabularium in cuius navi, domo, vel ſtabulo, res tales amiſi, vnde quia res illas non vult reſtituere, pe-

to in-

to intereſſe meum, quod æſtimo 20. aureis, & ad hoc propono actionem in factum, ex edicto nautæ, caupones, ſtabularij: Quod ita rectè concipiatur libellus, *dicit l. 1. in pr. l. & ita. 3. §. hæc enim. 4. ff. naut. caup. ſtabul.*

In poſteriore actione, quæ datur in duplum, teneas ea, *quæ dixi in rubricâ furti adverſ. naut. caupon. & ſtabular. cap. 59.*

Wann du in ein Schiff / Wirtshauß / oder Stallung etwas deiner Güter gebracht / vnnd dir alldo geſtolen worden iſt / haſtu zweyerley Klagen / erſtlich wider den Herrn des Schiffes / oder den Wirt / oder den Herrn des Stalls / vmb erſtattung des jenigen / ſo dir entworden / Zum andern auch wider ſein Geſinde die oder der es dir geſtolen hat / auff zweyfache erſtattung des geſtolenen Gutes.

CAPVT CXIIII.

DE ACTIONE IN FACTVM ex edicto de his qui dejecerunt vel effuderunt.

Klage wann jemand mit außwerffen oder außgieſſen ſchaden gethan.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & quibus casibus competat ac quomodo. n. 2. 3.*
4 *Formæ libelli in hisce actionibus. & n. 5. 6.*

1. DECIMVM QVARTVM † edictum est si aliquis deijciat, vel effundat ex domo, & sic illud, quod deijcitur cadat super aliquem transeuntem, vt vestimenta eius, vel aliæ res deterioratæ per hoc sint, ille, qui damnum passus est, habet actionem in factum; ex illo edicto, de his qui dejecerunt vel effuderunt, contra eum, ex cujus domo ejectum est.

2. Si autem † ex illâ dejectione liber homo pereat, dabitur prædicta actio contra deijcientem, & erit condemnandus in 50. aureis. *l. prætor ait. 1. in pr. ff. de his qui deiecer. l. ex maleficijs. 4. §. is quoq; ex cuius.*

3. *6. ff. de obligat. & act.* Iure † Saxonico videtur esse occisi VVerigeldum. *Constit. Sax. scripta tu.* 1000. gewett. *&c. in pr.*

4. In hoc † edicto sic forma libellum:

Ago Titius contra Cajum, ex cujus domo, in qua ipse habitat, tale quid dejectum vel effusum est, per quod vestimenta mea & res meæ deterioratæ sunt in 20. aureos, vnde illos 20. aureos mihi in duplum præstari peto, & ad hoc propono actionem in factum ex edicto de his qui dejecer.

5. Quando autem liber homo peremtus est, libellus ita concipiatur: Conqueror de Titio, ex cujus domo quam ipse inhabitat, tale quid fuit dejectum vel effusum, per quod pater meus fuit interemtus, vnde ab

eo quinquaginta aureos mihi præstari peto, & ad hoc propono actionem in factum, ex edicto, de his qui dejecerunt. Iure Saxonico si agas petere forsitan poteris occisi VVerigeldum.

Sin † verò ex tali dejectione vel effusione corpus liberi hominis læsum sit sic concipe libellum: Ago contra talem, ex cuius domo, quam ipse inhabitat, tale quid est effusum vel dejectum, vnde corpus meum læsum est, propter quam læsionem tot expensas feci, tantum dedi medicis, tot operis carui & cariturus sum, quas operas æstimo 20. aureis, vnde vt omnia prædicta mihi præstet, ago contra ipsum, & ad hoc propono actionem in factum ex edicto de his qui dejecer. 6.

Quod ita rectè concipiatur libellus dicunt II. prælegatæ.

Wann aus jemands Hause / das er bewohnet/ etwas geworffen oder gegossen würdet / dodurch einem seine Kleider oder sein Leib schaden nimpt / oder verletzet würdet / hat der beleidigte diese Klage wider jhn zu erstattung des schadens / artzlohns / verseumnis / etc. anzustellen / do auch jemand durch solches außwerffen oder ausgiessen getödtet würde / hat man wider jn auff funffzig Gülden zu klagen / nach Sachsen Rechte aber auff des Mannes wehrgeld.

CAPVT CXV.

DE VTILI ACTIONE PRO socio, vel vtili in factum ex edicto, de his qui dejecerunt vel effuderunt,

Klage wann viel Gesellschaffter in einem Hause wohnen daraus etwas geworffen oder gegossen vnd dadurch schade zugefüget.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & quamdiu competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. DECIMA QVINTA † edicti actio est: Si plures socij in eodem cœnaculo habitant, & vnus fortè dejecit, vel effudit, vnde damnum datum est, & oportuit conventos alios solvere, jura solventibus succurrunt, vtili enim pro socio actione vel actione, in factum ex edicto, de his qui dejecerunt; repetere ac recuperare possunt ab illo quod solverunt.

2. Vnde † sic concipe libellum:

Conqueror de Mævio discipulo vel hospite aut inquilino meo, qui de domo, quam inhabito, tale

qu'd

quid projecit, quod damnum dedit Titio in vestimentis vel mercibus eius in viginti aureis, vnde propterea sum condemnatus in duplum illi Titio, quod duplum mihi ad hospite, discipulo, vel inquilino meo præstari mihi peto, & ad hoc propono actionem in factum vtilem ex edicto de his qui dejecer.

Quod ita rectè concipiatur libellus, *probatur l. 1. inst. & l. 2. 3. 4. & l. 5. §. cum autem. 4. ff. de his qui dejecer.*

Wann viel in einem Hause wohnen / sie sein gleich Gesellschaffter / oder eins theils Mietleute / oder Geste / vnd einer wegen beschehenes außwurffs oder außgosses / dadurch jemand schade zugefüget / vortheilet vnd für den andern bezahlet / hat er sich dessen bey dem andern / vermittels dieser Klage / zuerholen.

CAPVT CXVI.

DE ACTIONE IN FACTVM contra eum, qui aliquid habuit appensum, &c.

Klage wann jemand an seinem Hause was hengen stehen hat / so schaden thun köndte.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ sit & ad quid competat.*

2 *Actio hæc popularis est.*
3 *Forma libelli in hac actione.*

1. DECIMA SEXTA † edicti actio est, si quis in pariete vel suggrundâ vel domo, cænaculo, protectove vel generaliter supra eum locum, quà vulgò iter fit, vel in quo consistitur, aliquid positum habeat cuius casus alicui nocere queat, contra hunc decem solidorum sive aureorum actio in factum datur. *text. in l. si verò. 5. §. prætor ait. 6. ff. de his qui deiecer.*

2. Estq; hæc † actio popularis, & cuiq; de populo competit. *d. l. si verò. 5. §. fin. de his qui deiec.*

3. Libellus † in hac actione sic formabitur.

Ago Sejus contra Titium, qui in ea parte vel loco, quâ vulgò iter fit, impositum habet, quod si caderet, damnum dare posset, vnde ipsum in 10. aureis condemnari peto, & ad hoc propono actionem in factum, ex edicto, ne quis aliquid habeat positum in suggrundâ protectove.

Quod ita rectè concipiatur libellus probatur d. ll:

Wann jemand an seinem Hause/ auß laden/ erecker / oder dergleichen / etwas gesetzet hat / vber den Ort/ da man stet fürüber gehet / oder da sonsten Leute zu stehen pflegen / vnd dasselbe schaden thun könte/ wann es herunter fiele / hat man wider jhn diese Klage auff zehen gülden anzustellen.

CAPVT CXVII.

DE ACTIONE IN FACTUM quæ datur contra agrimensorem.

Klage wider einen Feldmesser.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

DECIMVM SEPTIMVM EDICTVM † est: Si agrimensor dolo malo renunciat falsum modum, vel plus vel minus, ita vt noceat emtori vel venditori, mihi aut tibi in judicio finium regundorum, datur contra eum hæc actio, illi, cuius terra male mensurata est, ad suum interesse, *l. adversus. 1. in pr. & l. si duobus. 3. §. competit. 1. ff. si mensor falsum mod. dix.* 1.

Ex quibus † textibus apparet, sequenti modo libellum formandum esse: Ago Sejus contra Titium, qui dolo malo vel latâ culpa renunciavit mihi, cum ipsum mitterem ad mensurandum jugera vel fines, renunciavit enim esse decem jugera & maiora inveni, & renunciavit fines vsq; ad talem locum tantum protendi, qui tamen vlterius producuntur, vnde interesse meum peto, quod æstimo 10, & ad hoc propono actionem in factum ex edicto, si mensor falsum modum dixerit. 2.

Wann ein Feldmesser / den du etwa einen Acker zu messen abgefertiget / aus vorsetzlichem betrug oder grosser nachlessigkeit / dir wider vormeldet / daß das Feld so oder so viel Ruten / Morgen / Acker / oder Huffen / etc. habe / da es doch mehr oder weniger in sich helt / hastu jhn mit dieser Klage auff dein interesse zubelangen / das er dir dasselbe erstatten muß.

CAPVT CXVIII.

DE ACTIONE IN FACTVM ex edicto qui mortuum intulit in locum alienum.

Klage wider den / der einen Todten auff eines andern grund getragen.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. DECIMVM OCTAVVM † edictum est, de mortuo in locum alienum illato, quæ quidem actio illi competit, in cujus prædium corpus aliquod mortuum illatum est, contra sepelientem & eius hæredem, vt det precium loci, & stabit ibi mortuus, vel tollat & auferat inde sepultum. *l. is qui. 7. ff. de religios. & sumt. fun.*

Libellus † sic formabitur : 2.

Ago Titius contra Mævium, qui in locum meum purum talem, me invito intulit mortuum, scilicet talem: Vnde vt aut ipsum mortuum removeat, aut mihi illius loci precium, quod 10. æstimo, præstet, peto, & ad hoc propono actionem in factum, ex edicto, qui mortuum intulit in locum alienum.

Rectè sic libellum concipi, docet lex prælegata.

Wann jemand einen Todten Menschen auff deinen Acker getragen/ so hastu diese Klage wider jhn anzustellen/ das er die Todte Leiche wider von dannen abschaffe/ oder dir deinen Ort/ welchen er eingenommen/ bezahlen müsse.

CAPVT CIX.

DE ACTIONE IN FACTVM funerariâ.

Klage wegen auffgewandter Begräbniß kosten.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Funeris impensæ hypothecam habent & priuilegium.*

1. DECIMVM NONVM † edictum est: si aliquis sepelit mortuum, & in eius funus facit impensas, prætor ad recuperandos sumtus sive expensas ab hærede defuncti, succurrit funeranti per hanc actionem.

2. In qua † sic forma libellum:

Ago Titius contra Cajum, à quo peto, mihi solvi 20. aureos, quos expendi in funus patris eius, cui hæres est, & ad hoc propono actionem in factum funerariam.

Quod ita rectè concipiatur libellus, *dicit l. si quis sepulchrum. 12. §. prætor ait. 2. l. at si quis. 14. §. hæc actio. 6. ff. de religios. & sumt. fun.*

Wann du auff eines verstorbenen Begräbniß etwas gewendet hast/kanstu diese auffgewandte vnkosten vermittels dieser Klage wider erlangen.

3. Nota etiam † quod funeris impensæ tàm de jure communi, quàm Saxonico non privilegium modò habeant præ cæteris creditoribus, sed etiam hypothecam, *vt probavimus in additionibus nostris ad Modestin. Pistor. illust. quæst. 124. incip. iure Saxonico vxor. n. 40. ibi. cum tamen constet. &c. part. 3. quibus adde constit. Electoralem 28. tit.* wie eine Schuld vor der andern bezahlt werden sol.

CAPVT CXX.

DE ACTIONE IN FActum de loco religioso vendito pro puro.

Klage wann ein geweiheter oder heiliger Ort verkaufft ist als were er frey.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ sit & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

VICESIMVM † edictum est super loco religioso, qui pro puro venditus est, quæ quidem actio competit ei, qui sepulchrum, vel alium locum religiosum, habet, quem aliquis extraneus vendidit, tanquam non religiosum, & emtor imponit vel ædificium vel aliud in loco illo, vel prohibet dominum loci inferre ibi mortuos, ideò consulitur ipsi per actionem in factum contra illum, vt tollat posita, & reddat ad antiquum statum, imò vt præstet interesse & etiam loci precium *l. ossa. 8. §. si locus. 1. l. liberum. 9. ff. de religios. l. is qui 7. ff. eod.* 1.

Vnde † in hac actione sic forma libellum: 2.

Cas.

Ago Sejus contra Titium, qui locum meum religiosum pro puro vendidit Mævio, quĩ Mæuius in eodẽ loco ædificavit, unde mortuos liberè inferre nõ possum, vel mortuos modò inferre prohibet, unde ut imposita tollat, vel mihi meum intereſſe præstet, ago contra ipsum, & ad hoc propono actionem in factum.

Quod ita rectè formetur libellus probatur legibus allegatis.

Wann dir auff eines andern Hause/ Wiese/ Acker/ Walde/ etc. eine Dienstbarkeet zustendig ist/ als das du macht haſt vber seinen Acker zu gehen/ zu fahren/ oder Vich zu treiben/ oder haſt macht in seinem Walde Holtz zu hatzen/ vnd dergleichen/ vnd er wil

dich an dem gebrauch der dienſtbarkeit oder Gerechtigkeit hindern / haſtu dieſe Klage wider jhn anzuſtellen/ vermittels welcher er dich nicht allein bey geruhigem gebrauch ſolcher dienſtbarkeit vnd gerechtigkeit laſſen/ beſondern auch annemlichen vorſtand beſtellen mus/ dich ferner an ſolchem gebrauch nicht zu hindern.

CAPVT CXXXVIII.

De actione Negatoria.

Klage wieder den der ſich einer Dienſtbarkeit oder Gerechtigkeit auff deinem Gute anmaſt vnd doch keine hat.

SVMMARIA.

1 *Negatoria quæ.*
2 *Negatoria ad quid competat.*
3 *Forma libelli in negatoriâ.*

1, TERTIA † civilis actio eſt negatoria, quæ definitur, quod ſit actio in rem, competens alicui ratione rei ſuæ vel quaſi ſuæ, ac illius quidem liberæ reſpectu adverſarij, contra eum qui in re illa utitur ſervitute aliqua, ad pronunciandum. adverſario jus non eſſe utendi illâ ſervitute. *Ioan. Fab. in §. æque. 2. n. 34. ibi. & dic ſecundum Petrum quod eſt actio. &c. Schneide. vin. ibid. ſub tit. de negatoriâ actione. n. 29. ibi. eſt enim negatoria. &c. Inſtit. de action.*

Quocirca,

Quocirca, † si quis in fundo tuo servitute aliqua, veluti viæ, itineris, actus, aquæductus uti: vel in parietem domus tuæ tigna mittere, aut stillicidium ædium suarum in lectum vel aream tuam avertere, aliasve servitutes, quæ permultæ sunt, adversum te usurpare velit, *de quibus est in l. urbanorum. 1. & l. seqq ff. de servit. urban. præd. late Cæpoll. in tract. servitutum. Ioan. Coras. in tractatu servitutum in rubrica, ubi omnes species servitum enumerat, & explicat.* 2.

Huiusce depellendæ servitutis gratiâ, hæc prodita est actio, dominoq; datur vel quasi domino prædij eius, quod liberum esse contenditur, & quemadmodum proximè antegressa actio datur ad quærendam seu obtinendam servitutem, ita è contraria parte, hæc datur ad servitutem remouendam.

Sic autem † in hac actione libellus formabitur. Ago Sejus contra Titium, paucis allegando, quod cum campus inter agrum Cornelianum & Sempronianum jacens ad me jure dominij vel quasi pertineat, egoq; eum campum citra molestationem ullius quietè possideam, alijsq; servitutem aut jura in eo prętendẽtibus diffitear, tamen Titius pecora sua animò adquirendæ servitutis in eo pascat, quare peto pronunciari ac declarari, dictum campum meum liberum ab omni servitute esse, Titioq; non licuisse, nec licere pecora sua ibi pascere, idcircoq; eum à tali pastione abstinere, ac cautionem mihi pro se & hæredibus præstare debere, me non amplius ea in re ab eo vel hæredib. ipsius turbatũ iri & in hanc rẽ propono actionem negatoriã, &c. 3.

Sic rectè formari libellum, probatur *l. de servitutibus 2. in fi. prin. & ibi gl. in verb. negat. ff. si serv. vindicet. §. æque. 2. vers. contra quoq;. Instit de act.*

Wann sich jemand einer Gerechtigkeit auff deinem Gute / in meinung eine Dienstbarkeit dadurch zu haben / oder zuerlangen / gebraucht / die er doch nicht hat / als wann er auff deinem Acker sein Vieh weiden / darüber einen Weg / Steig / oder Tritt haben wil / etc. do jhm doch derer keins zustendig ist / so hastu diese Klage wider jhn anzustellen / dadurch er angehalten wirdet / von dieser seiner angemasten Gerechtigkeit abzustehen / vnd du / für sich / vnd seine Erben / vorstand zubestellen / dich ferner damit nicht zubelegen.

CAPVT CXXXIX.

De actione in rem præiudiciali qua quæritur an quis habeat filium in potestate.

Klage wieder seinen Sohn der sich der Väterlichen Gewalt vnd Gehorsam nicht vntergeben wil.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione, & quid si quis filium detineat n. 5*
3 *Forma libelli si abbas monachum vel prior canonicum regularem vendicat.*
4 *Forma agendi, si Dominus vasallum vendicat. & n. 6.*

QVARTA † civilis actio est si filius tuus ex te & uxore tua natus, quem non emancipasti, te patrem, tibiq; obedire recusat, & exhibere reverentiam filialem abnegat, habes contra eum actionem in rem præjudicialem, per quam ipsum in potestatem tuam vindicabis. 1.

Et in hac † sic forma libellum: Ago Sejus contra Titium, qui cum sit filius meus, & in potestate meâ, mihi denebat exhibere reverentiam filialem, unde ipsum in potestatem meam vindico, actione in rem præjudiciali. 2.

Quod sic rectè concipiatur libellus, *dicit l. post actiones. 1. §. per hanc 1. ff. de rei vindicat.*

Eodem † modo concipiet Abbas contra monachum, vel Prior contra canonicum regularem, ut dicat. 3.

Ago contra Mævium, qui cùm sit monachus vel canonicus illius monasterij, vel Ecclesiæ, cuius ego Abbas sum, vel Prior; mihi tamen vt suo prælato obedire recusat, unde ipsum in potestatem meam peto, utili præjudiciali in rem, causâ adiectâ, de jure canonum. *d. l. 1. §. per hanc. 2. ibi. ex jure Romano.*

Eodem † modo concipiet libellum Dominus contra vasallum, si petit reuerentiam sive obedientiam debitam à Vasallo, adiectâ causâ, ex jure feudorum, si Odofredo credimus: 5.

Sed eum agendi modum improbat Ioan Fab. *in §. præjudiciales, 13. n. 11. vers. quid dices de vasallo. &c. instit. de action.* ubi rationem reddit, quia vasalli persona non est, tali obligatione, obligata, quæ in eo jus constituat. *adde Schneidevin. ibid. n. 23. 24.*

5. Si quis † autem detineat filium tuum, volentem vel invitum: dices, Ago contra Titium qui filium meum in potestate meâ existentem detinet, unde ipsum filium meum vendico, adiecta causâ, ex jure quiritum. probatur hoc *d. l.* 1 §. *per hanc. ff. de rei vindicat. & adde pro his casibus latè Ioan. Fab. in* §. *præjudiciales.* 13. *n.* 9. *vers. idem crederem dicendum de alijs quibuscunq; &c. & Schoeidevin. ibid. n.* 16. *ibi. unde Faber hic. &c. Instit. de actionib.*

Wann dein Sehn sich deiner Väterlichen Gewalt vnd Gehorsam nicht vntergeben : Oder dein Münch des Ayt vnd Prior du bist / dir nicht vnterworffen sein wil / kanstu diese Klage anstellen / den verweigerenden zu schüldiger vntergebung vnnd vnterwerffung anzuhalten.

6- Do aber † dein Lehnman dich vor seinen Lehnherren nicht erkennen / noch die Ehrerbietung oder Dienste leisten wil / magstu diese Klage wider jn nicht anstellen / besondern auff solchen fall / ist dir das Lehen heimgefallen / welches du von jhm abfordern / vnd als verfallen einnehmen kanst.

CAPVT CXL.

De actione in rem præjudiciali, qua dominus vindicat Servum.

Klage wider einen Leibeigenen/ der seinem Herren nicht vnterworffen sein wil.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Vbicunq; quis vindicat jus in persona competit actio præjudicialis.*
4 *Rustici pro operis quomodo & quibus actionibus convenirj queant.*

QVINTA † civilis actio est, si seruus tuus gerat se pro libero, & tibi domino obedire recuset, habes contra eum in rem actionem præjudicalem, per quam ipsum in tuam potestatem & dominium vindicabis. §. *præjudicales. 13. instit. de act. Ioan. Faber ibid. n. 8. vers. nunc loquamur de alia præjudiciali. &c. Schneidevin. ibid. sub tit. de prima actione præjudiali domini contra servum. n. 12. & seqq.* 1.

In hac † actione sic forma libellum. Ago Sejus contra Titium, qui cum sit servus meus, tanquam liber se gerit, & mihi domino obedire recusat unde peto ipsum in servitutem meam subjici, ut mihi tanquam Domino suo obediat. 2.

Sic formari libellum debere, probant jura allegata.

Wann der/ so dein Leibeigener ist/ sich für einen freyen außgibt/ vnd dir die schüldige dienst / vnd Gehorsam zu leisten/ verweigert/ hastu diese Klage wider jhn anzustellen/ dadurch er ertheilet werden mag / das er dir/ als deinem Herren/ vnterthan vnd Gehorsam sein sol.

Generalis autem, pro hujusce actionis extensione, notanda est regula, quod quamvis certæ tantum *in §. præiudiciales*, 13. *Instit. de action.* memorentur actiones præjudiciales, tamen † ubicunq; quis vendicat sibi jus in persona, taleq; est jus, quod jure vel consuetudine potest competere vindicanti, competit actio præiudicalis utilis, tum ei, qui tale jus sibi competere, contendit, tum contra eum. *Sic tradit Ioan. Fab. in d. §. præiudiciales. 13. n. 9. vers. potest tamen dici quod ubicunq; quis vendicat. &c. Instit. de action.* ubi ait, huiusce modi actionem præjudicialem utilem competere pro ascripticijs, agricolis conditionatis, & omnibus alijs, ubi de statu personæ, vel jure quod habetur in eâ, contenditur.

3.

4. Vnde crediderim † etiam rusticos, qui ad operas faciendas, veluti zu Dienstfuhren / nobilibus suis obstricti sunt, hac actione posse conveniri, si se negent, ex eo esse subditorum genere, qui ad hasce operas adstricti sint. Id quod ego attendebam nuper, cum mihi nomine Principis de tali causa inter nobilem quendam & rusticos ejus judicandum esset. Cumq; ex lege municipali (Churfürstliche Landsordnung

subtit.

subtit. Baurführer *mihi fol.* 80. constaret in hisce terris rusticos dominis fundi sui perpetuis (sic reddere malebam vocem germanicam, Erbherr/ quâm directos vel hereditarios dominos appellare ad vecturas in ædificationem castri sive fortalitij regulariter esse obstrictos, putabam nobilem petitionis suæ habere fundatam intentionem.

Hæc autem ita sunt, non tantum si rustici negent conditionem suam, sed & si eam non inficientur, operas tamen nihilominus recusent, quia ad huc si non propriè, saltem extensivè utilis illa præjudicialis rei vindicatio, sed & utilis confessoria competit. *ut tradidit Ioan. Fab. in d. §. prajudiciales. 13. n. 9. vers. solutio satis potest dici quod competat rèi vindicatio utilis &c. iuncto n. 10. instit. de action.*

Nota: Wann einem Bauren/ von seinen Unterthanen derer Erbherr er ist/ Baurfuhren vnd Frönen zu thun verweigert wird/ hat er diese præjudicialem rei vindicationem utilem, so wol auch utilem confessoriam wider sie anzustellen. Ja es könte † auch das interdictum de libero homine exhibendo, oder doch zum wenigsten das Richterliche Ampt darüber angeruffen werden. Vt adnotavit. *Ioan Fab. in sæpememorato §. præjudiciales. 13. n. 11. ibi. sed an competit aliquod interdictum. &c. Instit. de act.* 5.

CAPVT CXLI.

De actione in rem præjudiciali contraria.

Klage wann einer für einen Leibeigenen gehalten/vnd gebraucht wird/ der doch frey ist.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Ligandi & ſolvendi cauſa eadem eſt.*
3 *Forma libelli cum quis ſe in libertatem vindicat.*
4 *Forma libelli cum quis ſe liberere vult quod non ſit aſcriptitius vel cenſitus.*

1. SEXTA † civilis actio eſt: cum ſervus è poſſeſſione ſeruitutis in libertatem proclamat, vel aſcripticius, cenſitus, aut alius ſimilis omninò ac per omnia liberum ſeſe, nullaq; parte quisquam tibi obligatum eſſe contendit, tum enim contrariam præjudicialem eidari, ſic planum fit:

Certum eſt atq; indubitatum, hiſce in viſionibus domino actionem in rem præjudicialem dari, *id quod antegreſſo capite* 140, *demonſtratum eſt*.

Sicuti autem domino datur hæc in rem actio (quam directam haud immeritò appellâris, arg. actionum pignoraticiæ directæ: tutelæ, directæ, & aliarum complurium) ita vice verſâ illis identidem in rem contraria actio dari debet, una † enim atq; eadem in con-

2.

trarium

trarium ducta ligandi & ſolvendi cauſa eſt. *l. interſtipulantem. 83. §. ſacram. 5. ff. de verb. obligat.*

Libellum † ergò in hac actione ita formabis: Ago Sejus contra Titium, qui, cum ego in poſſeſsione libertatis ſim, vel, cum ſim liber, ipſe me impetit, & ſtatum meum diffamat, dicendo me ſuum ſervum eſſe, unde me ipſum in libertatem vindico, & ne in poſterum me in libertate impediat, ſtatumve meum diffamet, ago contra eum proponens contrariam actionem in rem præjudicialem. 3.

In aſcripticio † vel cenſito, ſic formabis libellum: Ago Sejus contra Titium, qui me dicit, aſcripticium eſſe ſuum: vel cenſitum ſuum: cum ſim liber & ingenuus, unde me ipſum in ingenuitatem & libertatem vindico, & ad hoc propono contrariam actionem in rem præjudicialem. 4.

Hiſce in caſibus ſic rectè formari libellum, probatur per tradita à Schneidevino *in d. §. præjudiciales. 13 ſub tit. de prima actione præjudiciali domini contra ſervum. n. 15. ibi. porrò hæc actio eſt duplex. &c.*

Wann dich jemand für ſeinen Leibeigenen oder für ſeinen Laßman oder dergleichen helt / da du doch ein freygeborner / vnd jm mit keiner Pflicht zugethan biſt / ſo haſtu dieſe Klage wider jn anzuſtellen / deine freyheit wider zuerlangen vnd dieſelbe zuerhalten.

CAPVT CXLI.

De petitione hæreditatis.

Klage vmb Erbschafft.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ sit*
2 *Actio hæc cui competat.*
3 *Senatusconsulta sunt civilis juris non prætorij.*
4 *Forma libelli in hac actione.*

1. SEPTIMA † civilis actio est hæreditatis petitio, quam definire potes, quod sit actio bonæ fidei per quàm actor petit, declarari, se esse hæredem, & hæreditatem ad se spectare, in totum vel pro parte, & reum possidentem sine titulo, condemnari, ad dimittendas & restituendas res hæreditarias, cum fructibus perceptis & percipiendis. *Sic definit Schneidevinus in §. actionum.* 28. *tit. de petitione hæreditatis. n.* 4. *ibi. poterit tamen hæc actio ita describi. &c. Instit. de action.*

2. Competit † ergò isthæc actio ei, qui alteri vel ex testaẽto vel ab intestato succedit, diciturq́; civilis *l. item veniũt.* 20. §. *præter hæc* 6. *vers. pridie ff. de pet. hæred.* ubi senatus consulto inducta est, senatusconsulta autẽ civilis † juris sunt non prætorij. §. *senatus consultum* 5. *instit. de jure nat. gent. & civili.* nam succedenti jure prætorio aliæ petitiones hæreditatis competunt scili-

3.

cet possessoria, & fidei commissaria, de quibus supra in tractatu prætoriarum actionum *cap.* 29. *& cap.* 30. disseruimus.

In actione † autem ista sequenti modo libellum formabis. 4.

Ago Sejus contra Titium, breuiterq; propono, quod nuper Sempronius ex mortali hac vita decesserit, amplissimâ re, nullo autem ex se genito hærede relicto, præter'me, fratre ipsius germano, quocirca omnia eius bona mobilia immobilia cæteraq;, quocunq; nomine appellantur, in me transfudit, Titius autem hæreditatem eam amplissimam injuriâ occupavit, atq; etiamnum retinet, mihiq; eandem citra hanc judiciariam compellationem restituere negat. Quare ut actioni institutæ respondeat, oro, posteaq;, pronunciari peto, me hæredem propiorem Sempronij esse, Titium q; Semprouianorum bonorum legitimum ac fide dignum inventarium edere, aut, si id non habeat, jurejurando corporeo in specie indicare oportere, quæ nam post obitum Sempronij bona hæreditaria reperta fuerint, eaq; mihi omnia cum fructibus ab obitu Sempronij perceptis, vel si qui percipi potuissent, ab illo autem neglecti sunt, restituere, impensasq;, in quas me tergiversatione sua coniecit, præstare, teneri. Quod si recuset hæc, jurisjurandum mihi in litem eo casu deferri peto. Sic rectè formari libellum cognosces ex Schneidevino *in §. actionum.* 28. *tit. de hæredit. petit. n.* 75. *ibi. coram vobis. &c. instit. de actionib.*

Wann einer Todes verblichen/ vnd du sein nechster Erbe/ zu allen seinen Haab vnd Gütern / entweder durch ein Testament/ oder ohne Testament/ Von wegen des Geblüts/ bist/ ein ander aber die Erbschafft besitzet/ da er doch nicht dazu gehöret / so hastu diese Klage wider denselbigen anzustellen/ darinn du bittest/ jhn zu forderst/ zu vorzeigung eines richtigen vnd beglaubten Inuentarij, der gantzen verlassenschafft anzuhalten/ oder in manglung dessen/ daß er vermittels eines Cörperlichen Eydes anzeige/ was/ vnd wie viel stücke nach absterben deß jenigen/ von dessen Erbschafft gehandelt wirdet/ im Erbe befunden worden / vnnd dann daß er dir solches alles/ neben denen Früchten vnd Nützungen/ so er sider jenes Tode eingehoben/ oder einheben können/ erstatte/ vnd auff den Fall/ er sich dessen verweigern möchte/ das dir zuerkant werde der Eyd auff den Krieg/ darinn du auff vorgehende taxation vnd messigung des Richters schwerest/ wie hoch du es achtest / das er sich diesem deinem suchen vnd was jhm dißfals zuerkant wirdet/ willigklich bequemete.

CAPVT

CAPVT CXLIII.

DE ACTIONE FINIVM Regundorum.

Klage wegen der Grentzen vnd Verreynungen.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc: quæ & quibus casibus competat n. 2.*
3 *Rixis quoq; futuris prospicere fas est.*
4 *Homines ad dissentiendum faciles sunt.*
5 *Forma libelli in hac actione.*
6 *Actiones aliis quæ super finium quæstione competant. & n. 7. 11. 12.*
8 *Agrariæ legis pœna fiscone an parti cedat?*
9 *Bartoli contradictio adducitur.*
10 *Pœnæ partiue an fisco cedant, quomodo dijudicandum, elegans distinctio.*
13 *Fines amoventium pœna quæ sit jure Saxonic? & n. 14. 15.*
15 *Finales lapides quando ponantur solent adijci lapilli, cineres, vel carbones, & quare.*
17 *Fines qualem latitudinem habere debeant.*

OCTAVA † civilis actio est finium regundorum: nam si, qui habeant confinia, in disceptationem idcircò incidant, quòd alter alterius fines occupet, 1.

aut

aut pati nolit alterium fines constituere, atq; impone-
re, aut confinia aratro exæquavit, sive delevit sive a-
lio modo vel universè aut ex parte sustulit, hoc adver-
sus istum in jure repertum remedium est, quod qui-
2. dem † in primis competit, ad divisionem fundorum,
confinium constitutionem, & ut termini novi ponan-
tur, aut veteres restituantur, quæ quidem postulatio
locum habet, etiam si nulla controversia sit, tântum
3. ut futuris dissensionibus atq; rixeris occurratur, cum
4. naturâ homines † ad dissentiendum faciles esse sole-
ant. *Schneidevin. in §. quædam actiones. o. sub tit. de actione finitum regandorum. n. 7. ibi. principaliteri taq; &c. Instit. de action.*

5. Forma † autem libelli in hac actione
sic explicari potest:

Ago Sejus contra Titium, quod habeam in fun-
do Tusculano duorum jugerûm, atq; illum quidem
confinem agro Titij, ceterum cum antè duobus inter
utrumq; positis lapidibus terminalibus alter ab altero
dijungeretur, Albis inundatione nuperrima effectum
est, ut lapides illi terminales, non amplius apparent,
impetu haud dubiè aquarum abducti, qua occasione
ductus Titius, terminos agri sui antiquos transgessus,
atq; in meum ad perticæ seu virgulæ ut vocant, longi-
tudinem arando provectus est, parte eâ, ut sua, pòst u-
surus. Quare peto agrimensores juratos ad fines in-
spiciendos mitti, ut antiquos terminos si inveniri quc-
ant, indagent, atq; uti olim fuêre constituant, vel a-
grum unicus cuiusq; metiantur ut appareat quousq;

† alterius

alterius porrigatur, deincepsq; novos fines, novosq; lapides terminales collocent.

Wann du neben jemand einen Acker hast / vnnd die alten Grentzen oder Mahlsteine entweder durch Wasserflüt / oder andere zufelle / verloren werden / vnd dein Nachbar dir zu weit in deinen Acker pflüget / oder auch du sonsten gerne richtigkeit haben wollest / kanstu diese Klage dem Richter vorbringen / vnd bitten / daß er geschworne Messer ordnen / deinen / vnd deines Nachbarn / Ecker besichtigen lassen / vnd darneben anordnen wolle / daß die alten Grentz oder Mahlstein / wo müglich / wider herfür gesucht / oder da man sie ja nicht finden kan / beyde Ecker gemessen / vnd also dann newe Grentz vnnd Mahlsteine gesetzet werdin.

Hæc sic actione ista peti posse, probatur §. *si finium. 6. Instit. de offic. judic. l. 1. & tot. tit. ff. & C. finium regund. & pluribus habes apud Schneidevin. in §. quædam actiones. 20. sub tit. de act. fin. regun. n. 25. instit. de action.*

Notandum † tamen hîc est, plures præterea talios ob finium causam actiones dari solere: nam primum si quis in confiniorum disceptatione post contestatam litem, ante sententiam, aliquid fundi alieni occuparit, non tantum id restituere, sed & de suo tantum, quantum alieni detraxerat, alteri præstare cogitur condictione *ex l. si constiterit. 4. C. fin. regun. Schneidevin. in d. §. quædam actiones. 2. sub. tit. de act. fin. regun. n. 1. vers. secundô condictio ex lege. &c. instit. de actionib.* 6.

7. Secundò † lex quoq; agraria (quam vocant) à Iulio Cæſare lata eſt, qua, qui terminos ſtatutos extra ſuum agrum, ſeu (ut Cujacius *in l. ſequitur. 4. §. libertatem. fin. ff. de uſurpat. mihi pag.* 434. legit) gradum finesvé moverint dolo malo: in terminos ſingulos, quos ejecerint, locové moverint, quinquaginta aureos in publicum dare jubentur, *text. in l. agraria. 3. in pr. ff. de termin. mot. Schneidevin. in d. §. quædam actiones. 20. tit. de act. fin. regun. n. 1. vers. tertiò eſt etiam ſtatuta pœna pecuniaria. &c. inſtit. de act.*

8. Quæ † quidem pœna fiſco cedit. *VVeſemb. in addit. ad Schneidevin. jam dicto loco. Bart. in d. l. agraria 3. n. 2. ibi. quæro cui applicetur iſta pœna. &c. ff. de term. mot.* Qui † tamen *in l. non omnia. 1. n. 9. ibi. quæro quid de lege agraria. &c. ff. de public. judic.* contrarium aſſerit, dum ait, legem agrariam non introduxiſſe accuſationem, ſed actionem ad partis profectum.

Equidem priorem ſententiam puto probabilem

10. eſſe magis; placet enim † elegans Bartoli diſtinctio, quam *in d. l. agraria. 3. n. 3. ibi. quæro quando lex imponit pœnam &c. ff. de term. mot.* propoſuit, Dum ait: quande lex pœnam conſtituens actionem introducit, parti applicari pœnam: quàndo verò accuſationem conſtituit. fiſco: quod ſi ſimpliciter, nec actionem, neq; accuſationem dictet lex, in dubio accuſationem exiſtimari oportere, idcircoq; pœnam fiſco applicatum iri. In hac autem *l Agrariæ. 3. ff. de term. mot.* tum, cum pœna conſtituitur, nihil adjcitur actióne, an accuſatio ad eam exigendam conſtituatur,

sed & expressim adijcitur, pænam eam in publicum dari oportere, quo sensu actor, privatus qui est, compræhendi nequit.

Nec obstat posterior Bartoli sententia, quia ibi leviter solum modo eam quæstionem attigit, & se quoq; ad ea, quæ *in d. l. agraria.* 3. tractarat refert.

Tertiò † qui finalium quæstionum obscurandarum causâ, faciem locorum convertunt, aut ex arbore arbustum, aut ex sylvâ cæducâ novale, aut aliquid eiusmodi faciunt pænâ arbitrariâ puniuntur. *d.l.agraria.3.in fi. ff. de term. mot.* 11.

Quartò † sic & quæ terminos avellunt, effodiunt, aut simili modo evertunt, criminaliter extra ordinem puniuntur, judicis arbitrio. *l. terminorum. 1. & l. 2. ff. de termin. mot. qua de re videatur latius Iul. Clar. in praxi crim. quæst. 83. incip. dixi etiam esse nonnulla. n. 10. ibi. terminos movens. &c. Menoch. de arbitrar. jud. lib. 2. cent. 4. casu 393. Schneidewin in sæpè memarato §. quædam actiones. tii. de actione fin. reg. n. 1. vers. quartò competit etiam criminalis. &c. instit. de act.* 12.

Quanquam si à vicino hæc fiant, etiam hoc ipso de finibus regundis judicio, eo nomine compellari civiliter possit. *text. in §. si finium. 6. vers. eo quoq; nomine. instit. de offic. judic.*

Quintò † jure Saxonico, qui arbores finales succiderit, aut lapides terminales effoderit, ignorans finib^y designandis arbores esse satos, positosvè lapides triginta solidos parti læsæ solvit, suisq; sumptibus fines restituit. *text. Landrecht lib. 2. art. 28. incip.* Wer Mohl haw et. *vers.* oder hawet er Mahlbaum ab. *& ibi gloss.* 13

nova sub lit. C. incip. de terminis amotis. vers. in practica vero sive sciens. &c. & gl. antiqua ordinaria. ad verba. Oder haret er Mahlstein ab. *Fachs. lib. 1. diff. 65. vers. at de jure Saxonico unica. &c. Reinhard. lib. 2. part. 5. de pœnalibus differ. 2. tit. de termino moto. vers. de jure Saxonico. &c. Schneidevin. in d. §. quædam actiones. tit. de act. fin. reg. n. 2. ibi. de jure tamen Saxonico unicam. &c. instit. de actionib.*

14. Et † quanquam gl. *in d. art. 28. ad verb.* Oder hatte er Mahlstein ab / *vers.* Hat er es aber fleventlich gethan. *&c. lib. 2.* Landrecht. existimet, eum, qui dolose & scienter arbores vel lapides finales evellit, in pœnam fractæ pacis incidere, ea tamen pœna usu recepta non est, sed ad summum relegatio temporaria imponitur, *ut annotavit Fachsius. in d. diff. 65. vers. quidam volunt & temerarium &c.*

Imò ne hæc quidem relegatio sæpè infligitur, sed si quis temerarius reperiatur amotor termini fuisse, tum ultra prædictam pœnam Saxonicam, mulcta tantum judici solvenda venit, & æstimatio arboris remotæ. *Schneidevin. in d. tit. de act. fin. reg. n. 3. vers. & licet glossa. &c. Fachs. d. diff. 65. vers. nam si scienter & dolose. &c. & Reinhard. lib. 2. part. 5. diff. 2. vers. nam si scienter. &c.*

15. Tenetur † etiam hic fines restituere: qui sciens eos amovit, arboresve aut lapides finales sustulit, non minus ille quidem quam qui ignorans, id fecit, *ita notavit Zobel. ad art. 28.* Landrecht. *lib. 1. in glossa*

sub lit. C. incip. de te terminis amotis. vers. in practica. dicens hoc ita servari in praxi.

Man hat mehr als eine Klage der Grentzen oder Mahl halber anzustellen / als erstlich do einer nach der Kriegsbefestigung / vnd vor dem Endvrtheil / etwas seines Nachtbarn Feld zu sich zeucht / der mus nicht allein dasselbe wider von sich stellen / besondern auch noch so viel / als er jenem entzogen / von dem seinen verlustig sein.

II. Item / Wer Gräntz oder Mahlsteine freuentlich verruckt oder weg geschafft / mus für jeden Grentz oder Mahlstein / so er verruckt / funfftzig gülden straffe geben.

III. Item wer die gestalt des Orts verendert / oder einen Mahlbawm abhawt vnd kleine Weidenstücke oder ander klein Gestreuche an die stelle setzet / oder dergleichen etwas zu Felde machet / oder dergleichen etwas vornimpt / zu dem end / damit / wann streit der Grentzen oder Vermahlungen halber vorfallen solte / derselbe schwer gemacht würde / derselbe wird wilkührlich gestrafft.

IV. Ferner vnd zum vierden / so werden die jenigen welche Grentzen / oder Mahl freventlich abreissen / oder außgraben / auch mit wilkührlicher Peinlicher straffe beleget.

V. Nach Sachsen Rechte / wann einer wissentlich oder vnwissend Mahlbewme abhawt / oder Mahl vnd Marcksteine außgrebt / der mus dreissig Schilling zur Busse geben / vnd das Mahl auff seinen kosten wider fertigen / vnd auffrichten / Do ers auch wissentlich

gethan / mus er dem Richter darzu wetten / vnd den Mahlbaum bezahlen.

16. Obviter heîc † nota, quod ſi quando tibi officium incumbat ponendorum terminorum, aut controverſia de lapidibus finalibus judicanda obviat, utile eſſe poterit: nam uſu ferè obſervatur, ut quando ponuntur lapides terminales; lapilli, cinis, vel carbones ſubijciantur, ut inde appareat, non fortuitò, ſed certo conſilio lapidem ibi poſitum eſſe.

Wann man Mahlſteine ſetzet / pfleget man kleine Steinlein / Aſche / oder Kohlen darunter zu legen / dahero es zu erkennen iſt / das der Stein nicht ohn gefehr dahin kommen / beſondern ſeine bedeutung habe.

Schneidevin *in d. §. quædam actiones. 20. tit. de act. fin. regund. n. 26. ibi. unum quod ſæpè. &c.* ait cineres vel carbones iſtos vulgò ſolere appellari teſtes, (Zeugen) ut poſt multa temporum intervalla quaſi teſtes quidam ſint, non fruſtra lapidem eò perveniſſe. Das es nemlich ein Marckſtein vnd nicht ein Feldſtein ſey / wie man auch die Mahlbeume mit einem Creutz / oder ſonſten einem gemerck zu zeichnen pflegt.

17. Nota † etiam, quòd fines ſecundum legem duodecim tabularum debeant habere latitudinem 5. vel 6. pedum. *Cuias. in l. ſequitur. 4. §. libertatem. fin. in fi. ff. de uſurpat. & uſucap. vers. ea etiam*

hoc in loco. &c. mihi pag. 431. qua de re, & circa alias vicinitatum, in ædificijs & ſimilibus, diſtantias, vide Landrecht *lib.* 2. *art.* 50. *incip.* Wer Mahlbeume. *& ibi additio ad gloß. fin. in verb.* Vnd wer auch Zeunet. *& vide etiam ibi gloß.* 1. *in verb.* Wer Mahlbeume. *item* Weichbild *art.* 125. *incip.* Wer Mahlbeume oder Marckſteine. *cum ſua gloßa. text. in l. ſciendum. fin. ff. fin. regund.*

CAPVT CXLIV.

DE ACTIONE FAMILIÆ erciſcundæ.

Klage wegen Theilung der Erbſchafft.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & quibus caſibus inſtitui queat; & n.* 2.
3 *Actio hæc à quibus poßit inſtitui.*
4 *Nemo invitus in communione manere tenetur.*
5 *Forma libelli in hac actione.*
6 *Optio* die Kühre *quibus in hæreditate dividenda competat?*

1. NONA † civilis actio est familiæ erciscundæ, quæ nihil aliud est, quàm hæreditatis dividendæ actio, per quam hæres, qui â communione discedere vult, contra cohæredem agit, ut res hæreditariæ inter ipsos dividântur. *text. in §. quædam actiones.* 20. *ubi Schneidevin. sub tit. de actione familiæ erciscundæ. n.* 1. *ibi. de hac actione. &c. instit. de act. l. hæc actio.* 1. *in pr. ff. famil. ercis.*

2. Potestq; † omninò actio hæc institui, sive ex testamento, sive ab intestato, sive ex lege duodecim tabularum, sive ex aliâ lege deferatur hæreditas, vel ex senatus consulto, vel ex constitutione. *l. per familiæ.*

3. 2. *in pr. ff. h. tit.* neq; solum † ab omnibus simul hæredibus, sed etiam ab uno è pluribus intentari potest, & susci pi, *d. l. per familiæ.* 2. *§. dubitandum.* 4.

4. Nemo † enim invitus tenetur in communione manere *l. fin. C. communi dividun.*

5. Sic † itaq; in hac actione libellus formabitur.

Ago Sejus contra Titium fratrem meum, quòd cum ante triennium Sempronius pater utriusq; nostrum decesserit, nosq; solos hæredes omnium bonorum suorum ab intestato reliquerit, quam quidem hæreditatem agnovimus, & ab obitu parentis hactenus possedimus, rationes autem meæ amplius non ferunt ut in communione perstem frater tamen divisionem inire recusat, aut in divisione faciendà convenire nobis inter nòs nequit, &c. quare peto pronunciari, & causam ita dirimi, ut patris nostri hæreditas in

portiones

portiones duas æquas dividatur, & unicuiq; sua portio assignetur. Et ad hoc imploro officium vestrum nobile, actionem familiæ erciscundæ instituendo, &c.

Sic ritè formari libellum, probatur *d. legib. & §. si familiæ. 4. instit. de offic. judic. Schneidevin. in d. §. quædam actiones 20. tit. de act. fam. ercis. n. 73.* 6.

Quod † si, ut in his terris juris est, maiori ineunda sit divisio, minoriq; fratri electio concedatur, & hoc quoq; libello exprimi poterit, prout quisq; erit, ad divisionem provocans. de jure autem optionis dixi *in addit. ad Rotschizium de dotalitio artic. 29. tit. de modo adeundi hæreditatem. n. 9. & seqq. latissimè.*

Wann zwey oder mehr Erben nicht lenger in der gemeinschafft bleiben wollen/ so hat man diese klage anzustellen/darinne gebeten wirdet/den Miterben/ da er nicht wil / durch rechtliches erkentnis dahin zu weisen/ daß er theilung ergehen lasse.

CAPVT CXLV.

DE ACTIONE COMMVnidifitundo.

Klage wegen Theilung Gemeiner Güter ſo aus Geſellſchafft oder dergleichen herflieſſen.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæſi: & ad quid competat?*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. DECIMA † civilis actio eſt, communi dividundo: nam ſi rem aliquam habeas cum aliquo communem, ſive ex ſocietate, (ſubaudi contractâ) ſive ex aliâ cauſâ, puta ex ſocietate incidenti, vel quia tibi & illi res illa legata eſt, vel alio quoquo modo communis eſt, tuq; à communione recedere cupis & rem illam pro parte diviſâ poſſidere, competit tibi communi dividundo actio. *l. communi. 1. & l. ſeq. ff. communi dividun.*

Vnde † in hac actione ſic forma libellum.

2. Ago Sejus contra Titium, cum quo habeo pratum commune pro indiviſo comparatum & annis

circi.

circiter quinq; uſurpatum, quia vero hoc anno inter me & ipſum de diviſione fæni in dicto prato enati, lis atq; diſcordia orta eſt, commodum mihi porrò non eſt, maximè propter futuras diſcordias & ſcandala, quæ inde oriri poſſent, in communione dicti prati cum Titio permanere, peto itaq; à vobis, domine judex, ut veſtro nobili officio dictum pratum in duas æquales portiones dividatur, & cuiq; ſua portio adjudicetur & aſsignetur.

Sic rectè formari libellum, probatur dictis legib. *& tradit Schneidevin in d. §. quædam actiones. 20. tit. de actione communi dividun. n. 25.*

Wann du mit jemand etwas gemein haſt / als einen gemeinen Garten / eine Wieſe oder dergleichen etwas / ſo du neben jhm erkaufft / oder dir in jemandes Teſtament legirt, vnnd vermacht iſt / Oder durch was andere Gelegenheit du mit jhm wegen dieſes dinges in Gemeinſchafft gerahten biſt / (ohne die Gemeinſchafft ſo von Erbſchafft herrüret / davon in vorgehendem Capittel meldung geſchehen) Vnd aber ſich Zwiſpalt zwiſchen dir vnd deinem Conſorten wegen Nutzung die es Gemeinen Guttes ereugen wil / Oder du dich auch ſonſten Zwitracht vnnd Ergernis befahreſt / dannen hero du der Gemeinſchafft gerne loß ſein wolſt / So haſtu dieſe Klage wieder deinen Conſorten ahnzuſtellen / Vermittels welcher

du bitten kanſt / das gemeine Gut in gleiche Theil zutheilen / Oder da es theilung nicht leiden wil / einem gar zuzueignen / vnd dem andern Geld für ſeinen antheil zu geben.

Plura de hac actione vide apud Schneidevinum *in d. §. quædam actiones.* 20. *tit. de actione com. divid. per tot.*

CAPVT CXLVI.

DE CERTI CONDICTIONE generaliſsima.

Gemeine Klage wann etwas gewiſſes gefordert wird.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. VNDECIMA † civilis actio certi condictio generaliſsima competit, quoties aliquid certum petitur ex omni obligatione, & omni cauſâ, ex omni contractu, ſive certo, ſive incerto, ſive etiam ex cauſâ legati, ſive ex lege Aquiliâ, ſive ex cauſâ furtivâ, ſive ex Senatusconſulto certum quid debeat reſtitui: & ut breviter dicam ex omnibus contractibus competit,

& ex omnibus causis ex quibus certum petitur, ut probantur hæc *per l. certi condictio. 9. in pr. & §. competit. 1. & §. quoniam igitur 3. ff. de reb. credit.*

In hac † actione sic forma libellum: Ago Sejus contra Titium, à quo peto centum quæ mihi debet, quia promisit mihi, vel ex tali causâ; vel ut det mihi domum talem, cuius fines sunt tales, quam domum vendidit mihi: vel ut det mihi centum, quæ legata sunt mihi in testamento Sempronij, cui Sempronio ipse successit: vel ut det mihi decem, quæ dare debet, quia damnum mihi dedit in re tali, quod damnum æstimo decem, unde prædictam quantitatem seu rem peto, & propono ad hoc certi condictionem generalem. 2.

Quòd ita rectè concipiatur libellus probatur textibus allegatis.

Wann dir jemand eine gewisse Summa Geldes/ oder sonsten ein gewiß ding/ als ein Pferdt/ das also oder also beschaffen/ ein Hauß das an dem Ort gelegen/ zu geben schüldig ist/ so rüre die Schuldt her aus einem Kauff/ Tausch/ Geschenck/ oder sonsten einigen anderm contract: Oder aus einem Testament oder aus einem Senatus consult: so kanstu die Klage wider jhn anstellen/ dasselbe Geldt/ Pferdt/ Hauß/ oder Ding zuerlangen.

CAPVT CXLVII.

DE CERTI CONDICTIONE ex ſtipulatione.

Klage vmb etwas gewiſſes / ſo einer dir durch ſtipulation zugeſagt vnd verſprochen.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. DVODECIMA † civilis actio eſt, ſi aliquis rem certam mihi ſtipulanti promiſit, tenetur mihi ad illam præſtandam certi condictione ex ſtipulatu. nam cum certum quid ſtipulanti promittitur, non ex ſtipulatu actione, quæ incertis ſolummodo promiſsionibus conſtituta eſt, ſed hæc certi condictione agendum eſt, *text. in l. ſi quis certum. 24. & ibi gl. in verb. ſi quis certum. ff. de reb. credit. inſtit. de verb. obligat. in pr.*

2. In hac † actione ſic forma libellum.

Ago Sejus contra Titium, qui mihi ſtipulanti

promiſit

promisit, se mihi daturum centum aureos, pro tractatibus tractatuum: vel qui mihi stipulanti promisit quinquaginta aureos, pro patrocinio, quod ipsi in lite, quam cum Sempronio super hæreditate habebat, præstiti. Vnde ut dictos centum, vel quinquaginta aureos mihi præstet, ago contra ipsum, proponoq; certi condictionem ex stipulatu.

Quod sic rectè concipiatur libellus probatur d. textibus.

Im Rechten ist ein sonderbarer Contract, oder Vorpflichtung erfunden/ so da genennet wirdet stipulatio, die wird folgender gestalt vollzogen/ Ich frage dich gegenwertig: sagestu mir zu/ oder verheissestu mir hundert Gülden für das Buch für die Wahre/ etc. zu geben? Vnd du antwortest mir hinwiederumb: Ja ich verheisse dir die hundert Gülden zu geben. Wann nun ein solche Verpflichtung auffgerichtet/ darinn du mir angeregter massen eine gewisse Summa Geldes oder sonst ein gewiß ding zu geben versprochen hast/ vnd du thust mir nicht zahlung/ so habe ich diese klage wider dich anzustellen.

Wann aber in dieser Verpflichtung etwas begriffen/ so nicht einen gewissen wert hat/ als wann du mir versprochen hettest etwas zu thun oder zuuorrichten/ nemlich/ damit ich ein Exempel gebe/ ein Hauß zu bawen/ einen Graben zu machen/ oder dergleichen: So hat diese Klage nicht stat/ besondern ich mus klagen auff die Verpflichtung/ der wir hierüber mit einander vnnd mit gewissen obgesetzten Worten auffgerichtet/ nemlich ex stipulatu.

Das aber diese Fälle/ so ich jetzund erzehlet/ vngewiß seind/ ist daraus abzunehmen/ dann ich kan nicht sagen/ diß thun/ das ein Hauß auffgebawet/ ein Graben gemachet werde/ etc. ist zehen/ zwantzig oder mehr gülden werth/ besondern wo dir auff meine Rechnung ertheilet wirdest/ so laufft die vortheilung auff interesse hinaus/ nemlich so hoch mir daran gelegen/ das du den versprochenen Baw oder Graben vorführet hettest.

CAPVT CXLVIII.

DE CERTI CONDICTIONE ex mutuo.

Klage wann man einem etwas geborget hat.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. DECIMA TERTIA civilis actio est: Si alicui mutuam dedisti pecuniam, vel aliud quid, quod numero pondere vel mensura functionem in suo genere recipit, tenetur illud tibi restituere condictione certi ex mutuo. *l. mutuum. 2. in prin.*

& §. 1. ff. de reb. credit. instit. quib. mod. re contrah. obligatio in pr.

Et in ſ ea ſic forma libellum. 2.

Ago Sejus contra Titium, cui centum aureos, vel decem amphoras vini Rhenani vel quadraginta pondo piperis, vel viginti modios hordei mutuos dedi, quos cum ſolvere mihi recuſet, peto, eum ad ſolutionem condemnari; inq; eam rem inſtituo certi conditionem ex mutuo. Sic rectè formari libellum probatur text. allegat.

Wann du jemand Geld geborget haſt / oder ſolche Wahren / die man mit dergleichen Wahren / vnd mit gleicher Zahl / Maß / oder Gewicht widerumb bezahlen kan / Als da ſeind Keeß / Butter / Wein / Pfeffer / vnd andere Gewürtze / Item Korn / Weitzen / Haffer / etc. Vnd er dich nicht bezahlet / haſtu dieſe Klage wider jhn anzuſtellen.

CAPVT CXLIX.

DE CONDICTIONE triticiaria.

Gemeine Schuldforderung aller dinge ohne was verbot: get iſt.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ, & quid per eam petatur.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. DECIMA QVARTA † civilis actio eſt condictio triticiaria : nam ſicut prima condictio (*de qua ſupra cap.* 146.) generalis eſt, ad omnes certi obligationes pertinens, ita hæc Triticiaria introducta (forſitan â Tritico, quo verbo generatim omnes fruges appellare ſolida eſt vetuſtas *Matth. VVeſemb. in paratit. ff. hoc tit. n.* 1.) eſt, per quam petitur omnis res, ſive ſit certa, ſive incerta, ſive corporalis, ſive incorporalis, exceptâ ſolâ pecuniâ mutuâ. *text. in l. qui certam.* 1. *ff. de condict. triticiar. VVeſemb. ibid. n.* 1.

2. In hac † actione ſic forma libellum.

Ago Sejus contra Titium, à quo peto rem talem, puta equum talem, & sic pro re certâ : vel peto equum, & ita in genere, & sic pro incertà re quem equum mihi debet ex tali causâ, puta quia promisit, (vel adijcies aliam causam, ex qua tibi ad rem eam præstandam obligatus sit.) quocirca vt equum prædictum mihi solvat, ago contra eum, & ad hoc propono condictionem triticiariam.

Sic formari libellum debere probatur *d. l.* 1. *ff. h. t.*

Wann dir einer etwas gewisses oder vngewisses schüldig ist / die Verpflichtung rüre woher sie wolle/ (ohne vom borg nicht) so hastu diese Klage wider jhn anzustellen/ solche Schuldt von jhm zuerlangen.

Diese Klage ist zwar der / so droben cap. 146. erkleret/ nicht vngleich / jedoch ist sie von derselben in dem vnterschieden/ daß jene allein auff solche verpflichtungen gerichtet / darinne etwas gewisses gefordert wird/ allhie aber kan so wol ein vngewisses als ein gewisses geklaget werden.

CAPVT CL.

DE CONDICTIONE OB causam, vel causâ datâ, causâ non secutâ.

Klage wann man einem etwas gegeben vmb einer vrsach willen/ die doch nicht erfolget.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Actio hæc quo casu competat.*

1. DECIMA QVINTA † actio civilis est, si tu das aliquid alicui ob causam aliquam: & causa illa non est secuta, repetere poteris, quod dedisti per hanc condictionem ob causam datorum. *text. in l. dedi tibi. 3. in pr. & §. 1. l. si pecuniam. 5. ff. de condict. causa data. l. omne. 1. §. ob rem. 1. ff. de condict. ob turp. vel injustam causam.*

12. Vnde † sic forma libellum:

Ago Sejus contra Titium, cui dedi decem, ut servum manumitteret, quod cum non fecerit, decem,

quæ

quæ dedi, restitui mihi peto, & ad hoc propono condictionem ob causam datorum.

Quod sic rectè concipiatur libellus, probatur d. legib.

Wann du jemand etwas gegeben hast/ das er etwas dargegen thun sol / vnd er thut solches nicht / so hastu diese Klage wider jhn anzustellen/ durch welche er vertheilet wirdet/ dir das jenige/ so du jhm derowegen gegeben hast / wider zu geben. Als zum Exempel/ wenn du einem zehen Gülden gibst / das er nach Dreßden gehen sol/ vnd er thut es nicht / so kanstu die zehen Gülden durch diese Klage wider fordern.

Merck † aber diese Klage findet also dann statt/ wann das ding/ vmb welches willen du jemand was gibst / nicht kan eine miete genennet werden.

CAPVT CLI.

DE CONDICTIONE OB turpem causam.

Klage wenn etwas vmb einer Vnerbaren Vrsache willen gegeben worden.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. DECIMA SEXTA † civilis actio est, si aliquid datur alicui ob turpem causam, interveniente turpitudine ex parte accipientis, tunc solutum repetitur condictione ob turpem causam, etiamsi id, cuius causâ datum est, secutum fuerit, *text. in l. omne. 1. §. fin-ff. de condict. ob turp. vel injust. caus.*

2. In hac † actione sic forma libellum.

Ago Sejus contra Titium, cui dedi decem, ne me occideret, vel ne tale maleficium committeret, unde illa decem repeto, & ad hoc propono condictionem ob turpem vel injustam causam.

Sic rectè formari libellum, probatur *d. l. 1. §. fin.*

Wann du jemand etwas gegeben hast / vmb einer Vnerbaren Vrsach willen / als das er dich nicht tödte / oder das er eine andere Vbelthat nicht begehe / wann er gleich demselben also nachgelebet / so kanstu nichts desto weniger das jenige so du jhm / vmb dieser Vrsach willen gegeben / durch diese Klage wieder fordern.

CAPVT CLII.

DE CONDICTIONE sine causa.

Klage so man Jemand ohne Vrsach etwas gegeben oder verheissen.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
4 *Casus varij in quibus hæc actio competat, enumerantur.*

DECIMA SEPTIMA † civilis actio est, cum fortè evenit, ut quis sine causa promiserit, vel solverit alicui quid indebitum, ratus forte se teneri, aut etiam cum antè justâ ex causâ teneretur, deinceps tamen res ad causam injustam redacta est, veluti si fullo vestimenta lavanda conduxerit, deinde amissis his domino precium ex locato conventus præstiterit, posteaq; dominus invenerit vestimenta, non tantum enim ex conducto pecuniam solutam repetet fullo, sed & hac condictione sine causa, quippe cum vestimentis recuperatis causa nunc nulla subsit, ob quam precium vestimentorum penes dominum eorundem permaneat. *l. si fullo. 2. ff. de cõndict. sine causa.* 1.

In hac † ergò actione libellum ſequenti formulâ propones:

2. Ago Sejus contra Titium, cui centum aureos ſolvi, ratus, me eos debere ex teſtamento Sempronij, quaſi hæres eius, quum tamen non ſim: quocirca peto Titium ad prædictos centum aureos mihi reſtituendos condemnari, quam in rem inſtituo condictionem ſine cauſâ.

Quod ita rectè formetur libellus, probatur *l. eſt & hæc* 1. *l.* 2. 3. 4. 5. *ff. de condict. ſine cauſa, l. diſſoluta* 2. *l. mala* 3. *l.* 4. *C. de condict. ex lege.* quibus † in lo-
3. cis plura habes exempla huius condictionis: ut in memoratâ ſpecie fullonis, precium veſtrum perſolutum repetetur. *d. l.* 2. *ff h. t.*

Item qui obligauit ſe alicui, ad aliquid dandum vel faciendum, cum tamen aut nulla cauſa ab initio eſſet, aut cauſa promittendi finita eſt, vel etiam non ſecuta, (paria enim hæc omnia ſunt *l. nihil refert*, 4. *d. l.* 1. §. *ſive autem ab initio.* 2. *ff. h. tit.*) hac actione obligationem condicet. *l. qui ſine* 3. *ff. hoc titulo.*

Similiter ſi quæ fæmina, quaſi nuptura avunculo, privigno, ſocero, aut alij perſonæ, cum qua nuptiæ contrahi nequeunt, aliquid pecuniæ dotis nomine dedit, meritò & hæc pecunia data actione hac condicetur. *l. fin. ff h. t.*

Sic cum creditori, quod debebas, ſolviſti, diſſolutæ quantitatis inſtrumentum ei hac actione condices. *l. diſſolutæ.* 2. *C. ae condict. ex lege.*

Pari ratione deniq; ſi quaſi mutuum accepturus, Syngrapham dediſti, ille autem mutui nihil dedit, &

vel biennium non transijt, vel intra biennium contestatus es, cautionem datam hac actione creditori condices *l. fin. C. de condict. ex. leg.*

Wann du jemande etwas hast gegeben oder bezahlet/ als wenn du es jhm schüldig wereſt / da du doch nicht bist: Oder hasts jhm in ansehung einer Vrsache gegeben/ so nicht ist/ oder nicht erfolget ist/ oder auffgehöret hat zu sein/ hastu diese Klage wider jhn anzustellen / daß er dir das jenige / so du jhm gegeben / wider gebe. Als damit ich etzliche Exempel erzehle / wenn ein Ferber auff sich genommen hat einem ein Kleidt vmbs Lohn zu ferben / das Kleid aber verloren hat / dannen hero er das Kleidt bezahlen müssen / inmittels aber das Kleid wider funden worden/ vnd seinem Herrem zukommen / kan der Ferber das Geld / so er jhm für das Kleidt / als es verloren war /gegeben/ durch diese Klage wider fordern.

Item / wann du dich gegen jemand verpflichtet hast/ jhm etwas zu geben/ oder zu thun / die Vrsach aber / darumb du jhm versicherung gethan / nicht erfolget / als wann er dir Geld leihen sollen / vnnd doch solches nicht geschehen / so kanstu deine jhm gegebene verschreibung/ oder gethane versicherung / durch diese Klage wider abfordern/ wo du binnen zweyen Jahren klagest / oder zum wenigsten von dieser nicht geschehenen wircklichen außzehlung/ binnen zweyen Jahren protestation gethan hast.

Jngleichem wann ein Weibsbild jhrer Mutter Bruder/ jhrem Stieff Sohn/ oder Schweher / oder sonst einer andern Person / die sie zur Ehe nicht haben

kan/ Geld geben / das es zwischen jhnen Ehegeld sein sol/ so mag sie das Geld durch diese Klage wider fordern.

Endlich wann du deinem Gleubiger bezahlet hast das jenige/ so du jhm schüldig gewesen bist/ vnd er deine Handschrifft vnd Verschreibung noch in Henden hat/ so kanstu sie von jhm durch diese Klage abfordern.

CAPVT CLIII.

DE CONDICTIONE Furtiva.

Klage/ das gestolne Gut vom Diebe wieder zu fordern.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Actiones quæ & quot pro furto institui queant? & n. 4. 5. 6.*
7 *Exceptiones contra hanc actionem quatuor recensentur, & n. 8. 9. 10.*

1. DECIMA OCTAVA † civilis actio est si aliquis rem tibi mobilem furtim surripuit, habes con-

tra fu-

tra furem condictionem furtivam, per quam tenetur, restituere tibi illam.

In qua † sic forma libellum: Ago Sejus contra Titium, qui mihi surripuit codicem meum, unde ipsum codicem ab ipso condico, & propono ad hoc condictionem furtivam. quod sic rectè concipiatur libellus probatur *l. 1. l. ex causa. & passim tot. tit. ff. de condict. furt.* 2.

Wenn dir jemand etwas gestolen hat / magstu diese klage wider jn anstellen / das gestolne Gut wider zu verlangen.

Nota † heîc, quod plures actiones ob furtum instituí queant, nam primò competit rei vindicatio, quę datur contra omnes, qui rem furtiuam possident, vel dolo possidere desierunt, etiam si non sint fures. 3.

Secundò † datur pro furto etiam actio ad exhibendum identidem contra omnes etiam non fures. 4.

Tertiò † datur etiam hæc condictio furtiva soli quidem domino, contra solùm furem aut hæredem eius non alium, competuntq́; hæ tres actiones solùmmodò ad ipsam rem furtivam recuperandam, non ad pœnam furti. Hæc omnia habes *in l. in furtiva. 1. l. 2 l. ex causa. 5. l. si. pro fure. 7. in pr. & §. 1. l. sed nec legatarius. 11. & passim. ff. de condict. furtiva.* 5.

Pœnales † autem furti actiones per hanc condictionem, sicuti nec per reliquas rei persecutorias tollũtur, *d. l. si pro fure. 7. in pr. & §. 1. ff. h. t.* Sunt enim tot actiones contra fures in odium furum proditæ. *Vesemb. in paratit. ff. h. t. n. 1.* 6.

Ceterum de pœnalibus furti actionibus, dictum est. supra *cap* 58. *tit. de actione furti nec manifesti.* & dicitur *infra cap.* 186. *tit. de actione furti nec manifesti.*

Es seind vielerley Klagen wider einen Dieb/aus Haß wider den Diebstal / im Rechten erfunden: Als erstlich rei vindicatio, dauon droben im 136. meldung geschehen.

Zum Andern Klage ad exhibendum, dauon bald hernach im 156. Cap. gehandelt wirdet.

Zum dritten/ diese Klage die allhie in diesem Capittel beschrieben wirdet/ vnd diese drey sind alle Bürgerlich/ das gestolne Gut wider zuerlangen.

Zum vierden / so seind auch Klagen wider die Diebe im Rechten geordnet / dadurch man sie zu straffen bittet/ als endweder an Gelde/ oder am Leibe vnd Leben / von demselben ist droben im 58. Capittel meldung geschehen/ Sol auch hernach im 186. Capittel mit mehren erkleret werden.

1. Notabis † igitur in hac actione exceptiones quasdam, è differentiâ illâ, quam supra *n. 5. ibi tertiò datur etiam. &c.* exposui, manantes. Nam primò excipi contra hanc actionem potest, quòd qui agit, non sit dominus rei furtivæ. *l. in furtiva re. 1. ff. de condict. furt.* neq; sit is, cui res surrepta est, vel hæres eius, *l. sed nec legatarius. 11. ff. eod. tit.*

2. Secundò † excipi etiam potest quod is, qui convenitur, furtum non fecerit, nec furis hæres sit. *l. ex causâ. 5. & l. seq. ff. hoc tit.*

2. Tertiò † excipi potest, quòd dominus possessionem rei furtivæ apprehenderit, veluti si furem in manifesto furto deprehenderit, nemo enim furum condictione tenetur, posteaquam dominus possessionem apprehenderit. *l. sive manifestus. 10. ff. de condict furtiv.*

Quartò excipi † potest, quòd dominus idemq; actor rem eam furtivam alienârit, tum enim condicere amplius non poterit. *d. l. sive manifestus.* 10. §. *tandiu.* 2. *ff. eod. tit.* 10.

Es mag wider diese Klage zur Schutzwehre gebraucht werden / daß der Kläger nicht der jenige sey / dem das Gut gestolen worden.

Zum Andern mag auch vorgeschützet werden / das der beklagte nicht der jenige noch dessen Erbe sey / der das Gut gestolen.

Zum Dritten kan excipirt werden / der Kleger habe das Gut allbereit wider bekommen.

Zum vierdten der Kleger habe das gestolne Gut einem andern abgetretten / vnd vbergeben / derowegen könne er diese Klage numehr nicht anstellen.

Es ist aber zu mercken / wann gleich diese Klage wegen jetzo angezogener Schutzwehren / nicht bestendiglich angestellet werden mag: Das doch nichts desto weniger die andern / als rei vindicatio, vnd ad exhibendum stat finden / sintemal dieselben sich auch vber diese stelle erstrecken / derowegen ein Advocat in formirung des Klagliebels hierauff wol achtung zu geben hat.

CAPVT CLIIII.

DE CONDICTIONE indebiti.

Klage wenn man etwas gezahlet ſo man nicht ſchüldig geweſen.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ ſit ad quid competat, & quomodo definiatur & n. 5.*
2 *Indebitum quot modis dicatur.*
3 *Indebitum quale eſſe oporteat, ut huic actioni locus ſit.*
4 *Forma libelli in hac actione.*

1. DECIMA NONA civilis actio eſt, ſi aliquis ignoranter ſolvat quid indebitum, ſuccurritur ei, quia poteſt ſolutum repetere per condictionem indebiti.

2. Et dicitur † indebitum tribus modis, *civiliter tantum*, ut cum quis ſtipulanti promiſit decem quaſi mutua, nec tamen ea ipſi verè numerata ſunt: *naturaliter tantum*, ut quod ex nudo pacto debetur citra aliquem contractum jure civili approbatum. *civiliter & naturaliter ſimul*, ut quod ex contractu emtionis legitimè perfecto debetur huic enim & naturalis ratio & civilis lex aſsiſtit.

In hac † ergò actione tenendum eſt, quod indebitum intelligatur id, quod omninò non debetur *text. in l. in ſumma. 65. §. fin. ff. de condict. indeb.* hoc eſt neq; naturali neq; civili jure. *l. judex. 28. ff. d. tit (quæ de civili tantum obligatione loquitur) l. cum is. 32. §. ſi in ea. 2. & multis alijs textib. ff. eod. tit. (quæ de naturali tantum obligatione tractat)* Sed & id indebitum intelligitur, quod etſi vel civili aut naturali jure debeatur, tamẽ per aliquam exceptionem perpetuam peti non poteſt. *text. in l. ſi non ſortem. 26. §. indebitum. 3. ff. d. tit.* 3.

In hac † igitur actione libellum ſequenti modo formabis-

Ago Sejus contra Titium, cui me credebam debere 20. idcircoq; ſolvi ipſi, cum tamen reverâ non deberem, unde illa 20. ab eo repeto, & ad hoc propono condictionem indebiti.

Sic rectè formari libellum, probatur *l. 1. & alijs textib. ſupra allegatis ff. h. tit.*

Wann du jemand etwas gezahlet haſt / in der meinung / als ſolteſtu im daſſelbe ſchüldig geweſen ſein / da du es doch im nicht ſchüldig geweſen biſt / ſo haſtu dieſe Klage wider jn anzuſtellen.

Es wird aber in dieſer klage indebitum, oder nit ſchüldig ſein / gehalten / nicht allein das jenige / ſo man nach beſchriebenen Rechten nicht ſchüldig / ſondern auch das / ſo man aus natürlicher billigkeit nicht ſchüldig iſt / alſo daß wann einer gezalet hat das jenige / dazu er zwar nach beſchriebenen Rechten nicht hat mögen angehalten werden / vnd doch die natürlichr billigkeit es erfordert hat / ſo kan er es durch dieſe klage nicht wider fordern.

Als/ damit ich ein Exempel gebe/ Ein Eheweib ist nicht schüldig jhrem Manne Ehegeld zuzahlen/ wann sie jhm keines versprochen / Da sie aber nach gehaltenem Beylager/ jhrem Ehmanne etwas entrichtet / der meinung/ als were sie jhm / wegen der Bürden des Ehestandes / die er neben jhr tragen / vnnd sie von dem seinen ernehren mus/ Ehegeld zu geben schüldig / so kan sie dasselbe hernach nicht wieder fordern. Dann auch nach erledigtem falschem Wahn / darein sie zuuor gestecket / die Natürliche Billigkeit vnnd Ehrerbietung gegen jhrem Ehemanne vorhanden ist / welche dieser Klage nicht statt giebet. Wie hievon ein Text zubefinden *in l. cum is 32. §. si in ea. 2. ff. de condict. indeb.*

Derowegen allhie wol zu mercken die definition vnd beschreibung dieser Klage / wie sie VVesemb. *in paratit. ff. hoc. tit. de condict. indeb. n.* 10. *vers. est igitur condictio indebiti. &c.* gesetzet hat. Da er also saget.

5. Condictio † indebiti nihil aliud est, quàm actio personalis, civilis stricti juris: qua actor intendit sibi ex æquitate reddi â reo oportere, quod indebitè est solutum. Plura de condictione indebiti, vide apud *Schneidew. in §. is quoq. 1. inst. quib. mod. recontrah. oblig.*

CAPVT CLV.

DE CONDICTIONE ex lege.

Klage ſo aus einem ſonderbaren Geſetz herrüret.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Intereſſe jure Saxonico qua actione petatur.*
3 *Forma libelli in hac actione.*

VICESIMA † civilis actio eſt: quando aliquâ lege introducta quædam eſt actio, neq; tamẽ expreſſum, quo genere actionis in eam rem experiundum ſit, aut quo ea actio appellari debeat nomine, tum enim eam actionem nominamus condictionem ex lege, adjectâ ſcilicet lege iſtâ, vel ſaltem principio legis illius expreſſo. Velut cum ſupra *cap.* 143. *tit. de actione fin. regun. n.* 6. *ibi. notandum tamen. &c.* dixi, comptere eo in caſu condictionem ex l. Si conſtiterit. 4. C. fin. regun. 1.

Sic cum jure communi, qui ſortem accipit, non facta contestatione de uſuris, ſive eo, quod prater ſortem ſua interfuerat, uſuræ, ciusúe quod interſt petitionem non habeat *l. fin. in fin. ff. de eo quod certo loc.*

2. Et † Divi Augusti Electoris Saxoniæ *rescripto Torgensi tit.* vom Wucher/Wucherlichen *contracten &c. sub fin. vers.* Alshaben wir solcher jrer bitte/ *&c.* expresè constituat, quinq; de centenis, in annos singulos eius, quod interest, nomine, ex omni contractu vel obligatione peti posse, etiamsi nihil eo nomine promissum esset, haud absurdè eo ex rescripto usuras seu interesse (sic enim vulgò appellamus) peti dixeris per condictionem ex illo rescripto.

Sic in donatione ut mox videbis in formulâ.

In hac † ergò actione sic formabis libellum: Ago Sejus contra Titium, qui donavit mihi, paciscendo, centum, unde ut ea centum mihi præstet, condemnari eum peto, & ad hoc propono condictionem ex l. Si quis argentum. 35. C. de donat.

Hoc modo ritè formari libellum probatur *l. un. ff. de condict. ex lege. & l. licet. 1. C. eod. tit. & plures casus in quibus competit condictio ex lege vide in gl. d. l. 1. ff. h. t.*

Wann ein new Gesetz gemacht wird/ dorinne geordnet/ wie mann wegen eines dinges klagen möge/ vnd doch nit außgedruckt wird/ was für eine klage derowegen anzustellen sey/ so kan man aus diesem titel klagen/ das man nemlich klage anstelle/ per condictionem ex lege.

CAPVT CLVI.

DE ACTIONE ad exhibendum.

Klage dadurch man bittet ein ding herfür zu bringen / vnd zuuerschaffen / das man desselben mechtig werden könne.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

VICESIMA PRIMA † actio est: Si aliquis rem tuam mobilem possideat, vel si tua non est, jus tamen habes in illa, aut aliâs tuâ interest, & sic vis eam vindicare, vel alio modo pro illâ agere, potes actionem ad exhibendum intentare, per quam actionem exhibebit tibi reus illam rem, ut habeas copiam rei videndæ, tangendæ, palpandæ & cognoscendæ, quæ exhibitio fiet coram judice. *text. in l. hæc actio. 1. & l. seqq. ff. ad exhiben.* 1.

Vnde † in hac actione sic formabis libellum. 2.

Ago Sejus contra Titium, qui rem talem posſidet, ſive tenet, quàm dico meam eſſe, vel mihi obligatam pro viginti aureis à tali, vel quia uſum fructum in ea habeo, unde rem eam ab illo exhiberi peto, & propono actionem ad exhibendum.

Quod ita rectè concipiatur libellus, probatur *l. in hac actione. 3. §. eſt autem. 3. & §. ſeqq. ff. hoc tit.* Idcircò autem in libello dicitur: rem talem, ut actor dicat argumenta omnia, quæ poſsit, ad indicandam rei faciem. *d. l. in hac. 3. inpr. & §. ſi quis noxali. 7. ff. h. t.* Multas quoq; cauſas expreſsi in libelli formulâ, quippe cum ex varijs cauſis mea intereſſe queat, rem exhiberi, interim tamen ſufficit vel unam earum cauſarum libello inſeri. *d. l. 3. §. qui ad exhibendum 1.*

Wann einer ein beweglich ding hat / welches du endweder als das deine abfordern / vnd vindiciren wilt / oder du haſt ſonſt ein Recht vnd intereſſe daran / wie das auch Namen haben mag / ſo kanſtu dieſe Klage wider jhn anſtellen / zu dem ende / das er das ding herfürbringen / vnd bey dem Richter einantworten müſſe / damit du es anſehen / greiffen / fühlen / vnd erkennen / vnnd dann darauff dich deines daran habenden Rechtens gebrauchen mögeſt.

CAPVT CLVII.

DE ACTIONE ex emto.

Klage wegen eines Kauffs.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ, cui & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

VICESIMA SECVNDA † civilis actio est emti actio, quæ est actio personalis & bonæ fidei daturq; emtori qui rem aliquam ab altero emit, contra eum, à quo emit, vel hæredem eius ut rem tradat, vel interesse præstet. *l. si res. 1. l. ex emto. 11. in pr. ff. de act. emti Schneidevin in §. actionum. 28. tit. de actione ex emto. n. 1. Reinhard lib. 2. part. 1. diff. 13.* 1.

Et † in hac actione sic formabis libellum: Ago Sejus contra Titium, à quo Francofurti ad Mænum hisce nundinis autumnalibus anni 1601. sexaginta aureis emi sex amphoras vini Rhenani, atq;, illicò precio ipsi adnumerato, aurigas meos reliqui, ut vinum illud Lipsiam mihi adveherent, ceterum Titius neglecto eo, quod summum eâ in re momentum rei familiaris meæ situm sit, vacuos mihi aurigas traditione vini remisit. neq; adhuc vinum mihi tradidit, quare 2.

peto eum ad traditionem una cum omni intereſſe damnoq; quod mihi hactenus morâ ſuâ accerſivit, condemnari, atq; in eam rem propono actionem emti.

Sic rectè formari libellum, patet *ex ſupra dictis legib. & Schneidevino in d. §. actionum. d. tit. de act. ex emto. n. 68.*

Wann du jemand etwas haſt abgekaufft / vnd der Verkeuffer wil mit der gewehr oder liefferung des verkaufften Gutes oder Wahr ſeumig werden / hat dich auch etwa durch ſeinen verzug in ſchaden gebracht / ſo haſtu dieſe Klage wider jhn anzuſtellen / dadurch er angehalten wird / die verkauffte Wahren dir zu liefern / vnd allen den ſchaden den er dir hiemit verurſacht hat / zuerſtatten.

CAPVT CLVIII.

DE ACTIONE EX vendito.

Klage wegen eines verkauffs.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

VICESIMA TERTIA † civilis actio est venditi: Nam sicut emtori per præcedentem actionem jura succurrunt, sic & venditori subvenitur per actionem ex vendito, ad consequendum ab emtore rei venditæ precium, & si quod ob moram eius damnum passus est, & generaliter ad omnia ea, quæ ei ab emtore præstari oportet, *l. Iulianus. 13. §. ex vendito. 19. ff. de act. emt.* 1.

Sic itaq; † in hac actione libellum formabis: Ago Sejus contra Titium, cui nundinis proximis, paschalibus Lipsensibus anni 1601. vendidi octoginta centenaria stanni pro quingentis & viginti aureis, statimq; perfecto contractu tradidi, spe certâ fretus, precium mihi ab eo hisce nundinis natalibus, ut promiserat solutum iri. Sed nec dum ab eo quicquam mihi numeratum est, quare peto eum ad solutionem prædictorum 520. aureorum una cum legitimo interesse (quod est in hisce provincijs Electoralibus 5. pro centum in annos singulos, quemadmodum dixi supra *cap. 155. tit. de condict. ex lege. n. 2. ibi, & Divi Augusti &c.*) omniumq; reliquorum damnorum & expensarum condemnari, & in eam rem instituo actionem ex vendito. 2.

Sic rectè formari libellum, probatur *d. l. Iulianus. 13. §. ex vendito. 19. & l. ex emto. 11. §. & in primis. 2. vers. emtor autem. ff. de act. emti. l. curabit. 5. & l. fructus. 13. in fi. C. eod. tit. de act. emti. Schneidevin. in d. §. actionum. 28. tit. de actione ex vendito. n. 21.*

Wann du jemand etwz verkaufft vnd geliefert hast/ der Keuffer aber in zahlung des versprochenen Kauff-

geldes/ſich ſeumig erzeigt/ haſtu jn mit dieſer klage zubeklagen/ das er nicht allein das Kauffgeld / beſondern auch gebührliche Zinſe vnd allen Schaden / ſo du von zeit der lieſferung erlitten / ſo wol die Vnkoſten/ſo er hiedurch verurſachet/ bezahle vnd erſtatte.

CAPVT CLIX.

DE ACTIONE EX conducto.

Klage wegen einer miete oder Pachts.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Hæres locatoris an jure Saxonico conductioni ſtare teneatur novè explicatum. & n. 5. 6. 7. 8. 14. 15.*
4 *Locatoris hæres jure commun tenetur ſtare locationi.*
9 *Locatio in perpetuum vel longum tempus habet vim alienationis.*
10 *Locatio in perpetuum vel tempus longum transfert dominium.*
11 *Locatio perpetua quid ſit.*
12 *Avitæres jure Sax. ſine conſenſu hæredum alienari nequeunt. nec pignorari n. 13.*
15 Gloſſa Landrecht. art. 77. lib. 3. *declaratur.*

VICESIMA QVARTA † civilis actio est, si colonus vel inquilinus conduci, prædium vel domum, & locator non vult rem locatam tradere, vel si tradat ille quidem, cetera tamen ad quæ obstrictus est præstare recusat, veluti si possessionem totius agri aut partis alicuius non præstet, aut villam vel stabulum vel ubi greges eius stare oporteat, non reficiat vel si quid aliud in lege conductionis convenit, in hisce & similibus casibus prodita est hæc ex conducto actio, quæ datur conductori contra locatorem. *text. in l. ex conducto. 15. in pr. l. sed addes. 19. §. Si inquilinus. 5. l. si merces. 25. §. qui fundum. 1. ff. locati. latè Schneidewin in d. §. actionum. 28. tit. de actione ex conducto. n. 1.* 1.

In hac † actione sic formabis libellum. à.

Ago Sejus contra Titium, â quo conduxi talem domum, usq; ad annum, pro viginti aureis, quam domum ad inhabitandum mihi assignare contradicit, quare peto eum condemnari ad assignandam mihi in annum, aut ut præstet mihi omne interesse meum, quod æstimo viginti aureis, & ad hoc propono actionem ex conducto.

Sic rectè formari libellum probatur *d. legib. & Speculat. in tit. de locato. §. postquam 5. ibi. verum si locator domum. &c. & n. seq.*

Wann dir jemand ein Hauß vermiethet / oder einen Acker / oder Landgut verpachtet vnd nicht einreu-

men wil / Hastu jhn deßwegen mit dieser Klage zubeklagen/ dadurch er vortheilet wirdet / dir die Miette Schied oder Pacht zuhalten / Oder dein interesse vnd Schaden / so dir dannenhero entspringt / zuerstatten.

3. Solet † heîc dubitari utrum Saxonico jure hæres locatoris teneatur stare locationi â defuncto factæ?

4. Nam † etsi jure communi certum sit, locationem à defuncto factam in hæredem eius transfundi. *l. viam veritatis* 10. *C. locat. l. sed addes*, 19. *§. exconducto.* 8. *ff eod. §. mortuo. fin. instit. de locat. & conduct.*

5. Pleriq; † tamen Saxonici juris interpretes crediderunt, jure Saxonico secus esse : textu ducti, *in art. 77. incip.* Thut ein Mann sein Kanot. *ibi.* Dann es jenem dieser / der es austhet / nicht lenger gewehren mocht / dann dieweil er lebet. *lib.* 3. Landrecht. Hanc sententiam amplexi sunt *Schneidevin in d. §. mortuo. fin. n.* 2. *vers. Secus tamen est jure Saxonico. &c. instit. de locat. & conduct. & in §. actionum.* 28. *tit. de actione ex conducto. n.* 4. *ibi. de jure tamen Saxonico contrarium. &c. instit. de action. Fachs. lib.* 1. *diff.* 2. *vers. at de jure Saxonum. &c.* (*dicens in praxi ita observari.*) *VVesemb. in paratit. ff. locati. n.* 13. *vers. quamuis jure Saxonico. &c.* (*Ibi tamen ait, id in foris Saxonicis harum terrarum non usitatum*) *Reinhard. lib.* 2. *part.* 1. *differ.* 12. *cuius titulus est locatio. à defuncto facta. &c. Christoph. Zobel. in addit. ad d. art.* 77. *sub lit. A. incip. nota ex hoc textu quod jure Saxonico. &c. & in differentijs part.* 2. *diff.* 40. *incip. jure Saxonico non tenetur hæres. & diff.* 41.

Veruntа-

Veruntamen † falli eos rectè admonuit Divus Augustus Elector *constitutione* 37. *tit.* Ob die miet auff die Erben komme. *part.* 2. *& Dan. Moller. in commentar. ad eam constit. n°* 2. *ibi falli tamen eos. &c.* 6.

Et † verè quidem ille textum *in d. art.* 77. intellexisse, de fendi potest, de bonis uxoris, quas maritus possidebat: sic enim & glossa *ibid. inverb.* Du weist eyer zeit er dann. *n.* 2. *vers.* Das Gut aber von dem er hie saget / etc. Intellexisse videtur, quanquam ea interpretatio haud usquequaq; Mollero placeat: *in d. constit.* 37. *n.* 2. *vers. neq; verò illi etiam textum. &c.* Neq; enim eius dubium, quod objcit, quicquam morę affert, cum de specie ibi tantum loquatur qua maritus uxori superstes maneat. eo casu, quando maritus ante uxorem decedit, prætermisso ac singulari suæ decisioni relicto. 7.

Equidem, † ut quod sentio dicam, novâ interpretatione arbitor, eum textum agere de locatione perpetuâ vel in longum tempus, hoc est, minimum in decem annos, factî, quam † scitum est, obtinere vim alienationis, quoniam utile † per eam dominium transferatur. *Bart. in l. Lucius.* 88. (*aliàs l. codicillis.* 89.) §. *instituto.* 15. *n.* 3. *ibi per locationem in longum vel longißimum tempus. &c. Bald. ibid. n.* 1. *vers. quia per locationem ad non modicum tempus. &c. ff de legat.* 2. *Alexan. cons.* 165. *incip. visis duob. elegantißimis. n.* 3. *vers. & idem dicendum in locatore ad longum tempus. &c. lib.* 2. *& cons.* 17. *incip viso instrumento locat. n* 5. *vers. & constat quod dicta locat. &c. lib.* 4. *facit text. in Nov. de non alien. aut permut. reb. eccles.* 7. 8. 9. 10.

cap. 1. §. *alienationis autem nomen. ibi & in perpetuum extensam emphyteusin. & cap.* 5. *incip. quia verò. &*
11. *cap.* 7. *incip. si verò.* Perpetuà autem locatione intelligere potes ex legibus vel triginta annorum spacium, vel etiam tempus vitæ. *arg. l. societas.* 1. *in pr. ff. pro soc.*

12. Cum † autem jure Saxonico res immobiles avitæ sine consensu hæredum alienari nequeant, *glos.* Lehnrecht. *cap.* 55. *incip.* Wurde einem Mann. *n.* 4. *vers.* nach dem das man eigen vnd Erbe. *& vers. item* nach dem das der Sohn weder sin Erbe noch eigen. etc. *text. art.* 52. *incip.* ohne der Erben laub. *lib.* 1. *glos.* Weichbild *art.* 26. *incip.* nu vernehmet. *n.* 7. *vers.* Darumb das
13 man das eigen. etc. (ubi bona additio, quæ † dicit ne quidem oppignorari tælia bona sine hæredum consensu posse.) aperta consecutio est, quòd, si hæredum consensus huiusmodi perpetuæ aut diuturnæ locationi non accesserit, hi, defuncto locatore, ab eâ discedere possint, *arg. art.* 9. *incip.* Wer dem andern gelobt. *in fi. ibi.* er hab es dann selber mit gelobt. *lib.* 1. Landrecht.

14. Atq; hæc † quidem interpretatio idcircò nobis haud usquequaque improbabilis videtur, tũ (1.) quòd jus Saxonicum quam minimum a jure communi dissentiens faciat.

Tum (2.) quod si vulgarem sententiam sequeremur, alteram illam Saxonicam dispositionem, qua avitorum fundorum alienationes tantum vetantur, etiam ad quoscunq; contractus, in alienationem minimè cedentes, produceret, atq; haud scio an rationem

distin-

distinctionemq; Saxonici juris, quæ cum *ingl. d. art.* 52. *n.* 6. *ibi.* Vmb dieſer Vrſach willen. *&c. lib.* 1. Landrecht. tum alibi ſæpè explanatur ac religioſiſsimè obſervatur, vel penitus everteret, vel ſane magnoperé labefactaret.

Tum (3.) deniq; quod textum apertum habeam, ex jure Saxonico, qui deſerté hæredes locatoris ad conventionem obſervandam aſtringat. *art.* 59. *incip.* Wil ein Herr ſeinen Vnterman. *lib.* 2. Landrecht. Ponderando ibi particulas als jener / etc. Et rurſum den er dem Herren gelobt hat. Et alia, de quibus uberior fortaſſe alibi campus differendi aperietur.

Ex hac quoq; † explicatione noſtra metienda eſt gloſſa *in d, art.* 7. *ſub n.* 3. *vers.* Wir ſagen aber / das an was Ort der Vermieter. etc. ſcilicet, ut loquatur, tantum de locatione ad tempus longinquum. Idq; ita colligo multis de cauſis; primum ex fundamentis, quæ allegat, *ex nov. de non alien. aut permut. reb. eccleſ. & l. ſtatuliberi.* Deinde ex ipſis rationibus, quas adducit, nam precium locationis particulatim perceptum, ſi precium emtionis, æquat, non niſi multis annis perceptum æquat, nec anni unius atq; alterius locatio, alienatio eſt, ſicut nec dolus putandus eſt eius, qui vel jactare non præſumitur rem ſuam, vel ſi vilius in annos pauciores locet, reprehenſione juſtâ caret, juſtus rerum ſuarum arbiter: aut remedio utetur l. 2. C. de reſcin. vendit. ſi ultra medium læſus ſit, *Pinel. in d. l.* 2. *part.* 1. *n.* 17. *ibi. conſecutivè ad ſimilitudinem. &c. & n. ſeqq. C. illo tit.* Idq; ad hæredem transmittet, qui hac ratione communis juris ſubſidio, non Saxonici locationem infirmabit. 15.

Posses etiam haud improbabiliter *d. art.* 77. simpliciter accipere de bonis avitis. & *d. art.* 52. *lib.* 2. de alijs immobilibus, sic ut dicas, avita nullo modo neque in breve neq; longinquum locari in hæredum præjudicium citra eorum consensum posse, alia autem non avita posse indistinctè, exemplo additionis *art.* 26. *incip.* Du vernehmet. *n.* 7. *incip.* Also verstehet vielleicht der *glossator. &c.* Weichbild. Sed ego ut aliâs avita à ceteris bonis recte distingvi admittam, superiorem tamen brevioris ac diuturnæ locationis distinctionem retineo: hæc enim juris ratione caret.

CAPVT CLX.

DE ACTIONE ex locato.

Klage wegen vermiete oder verpachtung.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione, ante finitum tempus locationis.*
3 *Forma libelli cum agitur finito locationis tempore.*

1. VICESIMA QVINTA † civilis actio est locati. Sicut enim ex conducto datur cõductori actio, ita ex locato datur locatori ad mercedem seu pensionem suam aut si quid damni datum vel quod aliud conventum est petendum.

Vnde † locator sic concipiet libellum: Ago Sejus contra Titium, cui domum meam inter Caij & Sempronij jacentem ad annum locavi, mercedem pactus 50. aureos, ac Titius quidem ex lege conventionis domum illam inhabitare cepit, sed ante tempus deseruit, etiamq; præterea fornaces atq; fenestras diffregit, qua re damnum mihi dedit triginta aureorum peto igitur eum ad octoginta illos aureos una cum expensis judiciarijs condemnari, atq; ad eam rem propono actionem locati. 2.

Sic rectè formari libellum, probatur *l. si in lege 24. §. si domus. 2. l. dominus. 55. §. fin. ff. locati.*

Quod † si finitum sit tempus locationis, nec conductor rem restituat, sic dices: Ago contra Titium, cui cum locavissem domum meam, pro viginti aureis in annum, nuncq; annus iste locationis finitus sit, domum tamen meam restituere mihi recusat, peto igitur eum ad restitutionem condemnari, inq; hoc propono actionem locati. 3.

Sic rectè libellum hoc casu formari, probatur *l. videamus. 11. §. qui vinum. 3. ff. locat. l. si quis conductionis. 25. C. eod.*

Wann du jemand etwas vermietet oder verpachtet hast/ vnd der Miet oder Pachtman dir schaden in dem vermietetẽ oder verpachteten Gute thut/ oder vor außgangs der zeit das Gut verlest / Oder es nach endung derselben reumen/ den zinß nicht geben wil / vnd in gemein so er einerley weise wider die miete oder pacht handelt/ hastu jhn derowegen mit dieser klage zubesprechen.

CAPVT

CAPVT CLXI.

DE ACTIONE operis aversi.

Klage wenn einem etwas vber heupt abgedinget.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & quid sit aversione emere conducere.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Exceptiones quæ contra hanc actionum competant. & n. 4.*

1. VICESIMA SEXTA † civilis actio est operis aversi, quando nimirum non certa laboris in pedes, vel alias mensuras, vel etiam operas diurnas dinumeratione, sed uno precio in totum constituto res aliqua facienda locatur, tunc enim, donec approbetur, aliquid damni accidat, resarcire id conductor tenetur hac quidem actione. *l. opus. 36. ff. locat.*

Dicitur autem, in conductione operis per aversionem factâ, idcircò periculum omne conductoris esse, quòd cum quasi inter aversos negocium contrahatur, res omnis exactè non exploretur, numeretur, perspiciatur interim ergò antequam à locatore approbetur, iniquum esset, periculum eius esse, dum adhuc

omne

omne opus omnisq; effectio in potestate atq; arbitrio conductoris versatur. Sic res in aversione emi dicitur, quasi diceres, vber heupt/ oder durch den Bogen/ oder vnbesehen. *l. qui officij. 62. §. res in aversione. 2. ff. de contrahend. empt. l. si quis. 4. §. si aversione. 1. & §. seq. ff. de peric. & com. rei vendit.*

De exercitore quoq;, qui navem per aversionem à domino conduxit, habes exemplum *in l. 1. §. exercitorem. 15. ff. de exercitoria actione*, ubi dicitur ad hunc conductorem, quasi ad dominum ipsum, obventiones navis & reditus omnes pervenire. *vide Cuias lib. 8. obs. 15. cuius tit. aversione vendere. &c. & Costal. in d. l. opus 36. ff. locati.*

Sic † itaq; in hac actione libellum formabis: 2.

Ago Sejus contra Titium, qui cum à me domum ædificandam aversione conduxerit, interim illud opus antequam â me approbaretur, Chasmate vel ruinâ perijt, quare contra eum ago, & peto interesse meum, quod æstimo 20. aureis. Inq; eam rem instituo hanc actionem operis aversi.

Sic rectè formari libellum, probatur supra dictis legibus.

Wann du jemand ein Werck oder Baw vberheupt/ oder durch den Bogen/ wie man zu sagen pfleget/ hast angedinget/ so ist er schüldig/ das Werck vnd den gantzen Baw zu bewahren vnd in acht zu nemen/ das inmittels/ ehe er vorfertiget/ vnnd dir geliefert wird/ doran kein schade geschehe/ Da nun durch sei-

nen vnvleis oder ſonſten / des Werck vnd Baw inmittels ſchaden uehme / iſt er denſelben / zu erſtatten ſchüldig vnd kan dazu durch dieſe Klage angehalten werden.

3. Excipi poteſt † contra hanc actionem, quod opus vi majore prius interciderit, quàm approbaretur. *d. l. opus. 36. in fi. ff. locat.*

4. Excipi ſecundò † poteſt, quod per ipſum locatorem ſteterit, quò minus approbaretur. *d. l. opus. in medio.*

Wider dieſe Klage können zwo ſchutzwehren gebrauchet werden / Erſtlich das Werck ſey durch vnvermeidenliche vnd vnverſehene gewalt / oder zufall verderbet:

Zum andern / ſey der Klager ſelbſt eine vrſache dran / das es jhm nicht zeitlich gelieffert / vnd von jhm genehm gehabt / oder angenommen worden.

CAPVT CLXII.

DE ACTIONE pro ſocio.

Klage wegen einer geſellſchafft.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Formæ duæ libelli in hac actione & n. 3.*
4 *Remißiones ad hanc materiam pro ſocio.*

VICESIMA SEPTIMA † civilis actio eſt ſocietatis, cum nimirum duo pluresúe ſuper re honeſtâ ad uberiorem quæſtum uſumúe commodiorem, inter ſeſe communionem pepigerunt; quæ quidem actio ad omnia ea capita pertinet, de quibus pactione ſocietatis conventum eſt, inprimisq; ad communicationem lucri: aut impenſarum faciendam. 1.

Quare † ſis formabis libellum: Ago Sejus contra Titium qui cum ſocietatem omnium bonorum contraxi, eâ autem ex ſocietate pervenerunt ad ipſum nuper mille aurei, quos ſolus retinet, quare peto eum condemnari, ut partem mihi præſtet, atq; in id inſtituo actionem pro ſocio. 2.

3. Quod † si quid impensarum fecerit socius petitionem ita formabit: qua in societate ad tales merces emendas Francofurtum profectus sum, atq; in ea profectione expeditioneq; sociali aureos centum impendi, quos imputare societati volebam, reus autem recusavit, quare eum ad hoc condemnari peto, actione pro socio institutâ.

Quod hisce modis rectè formetur libellus, probatur *l. cum duobus. 52. §. si quis ex socijs. 15. & §. seq. l. si quis societatem. 74. ff. pro soc. & passim tot. tit. & C. eod.*

Wann du mit jemand eine Gesellschafft auffgerichtet hast / entweder vber allen deinen vnnd seinen Gütern / oder vber einer gewisser Wahre / vnd du hast deines Theils etwas darein gewendet an Vnkosten / oder andern / oder dein Gesell hat etwas aus der Gesellschafft vnd gemeinem Handel eingehoben / oder von gemeinem Gelde erkaufft / wil aber dasselbe in die Gesellschafft nicht einbringen / Oder es falle gleich sonsten vor was da wolle / so in die Gesellschafft gehörig / vnd dazu einer gegen dem andern verpflichtet / so hat der beschwerete theil / diese Klage wider seinen Mitgesellschaffter anzustellen.

4. Plura † circa hanc uberrimam societatis materiam, tàm quò ad exceptiones, quam quo ad alia, vide *per tot. tit. ff. Cod. & instit. de societate. ubi etiam Schneidevin. & uberrimum tractatum singularem Petri de Vbaldis de duobus fratribus. Ipse quoq; non pauca consuli in additionibus ad Modestin. Pistor. part. 3. quæst. 130. (quæ est eius partis ultima.) in additione ad verb. actioni æstimatoriæ sub n. 89. & n. seqq. usq; ad fin. &*

part. 4. quæst. 159. incip. in præcedenti. Vbi multa in hanc ſententiam & ad ſocietatis naturam explicandam utilia reperies, novè quoq; ibidem antinomiam quandam conciliavi.

CAPVT CLXIII.

DE ACTIONE MANDATI directa.

Klage wegen eines auffgetragenen Befehls oder Vollmachts.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæſit & ad quid competat.*
2 *Mandatum quid ſit.*
3 *Mandatum quibus verbis fiat.*
4 *Forma libelli in hac actione.*
5 *Exceptiones quæ contra hanc actionem obijci poſſint, & n. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.*
13 L. qui negocia, 34 ff. mand. & l. ſingularia 15. ff. de reb. credit. *novè declaratæ.*

VICESIMA OCTAVA † civilis actio eſt, ſi aliquis mandavit tibi, ut eius negocia geras, 1.

tuq; ſuſcepto mandato geſsiſti, teneris mandanti ad omne id, quicquid mandato ſuſcepto continetur, præſtandum.

2. Mandatum † quod heic intelligitur eſt contractus, quo quis aliquod officium gratuitò expediundum ſuſcipit. nam ubi non fit gratis locatio incipit eſſe, ſiquidem ille alioquin facturus non erat id quod ab altero injungitur. *Schneidevin. n.* 3. *ibi. eſt autem mandatum. &c. poſt gloſſ. Inſtit. de mandato. in pr. in verb. mandatum*, ubi addit † mandatum ferè fieri alteri per verbum *rogo*, *volo*, *mando*, *ſupplico*, & ſimilia.

3. Sic autem † in hac actione libellum formabis: Ago Sejus contra Titium, cui proximis nundinis autumnalibus mandavi, Francofurti ad Mœnum emendas quinq; vini Rhenani amphoras, quod mandatum ſuſcepit ille quidem, pecuniamq;, quam illi eam in emtionem adnumeravi, accepit, verum vini nihil emit, vinum autem id, ut mandâram emi, meâ intereſt ad quinquaginta aureos, quos una cum precio eo, quod ipſi numerâram, repetij nuper ab eo, neq; tamen quicquam impetrare potui, quare ad prædictum precium una cum uſuris reſtituendum, inprimis autem ad dictum intereſſe ſolvendum, eum una cum expenſis condemnari peto, atq; ad hoc propono actionem mandati directam. Sic rectè formari libellum, probatur *l. ſi procuratorem.* 8. *in pr. &* §. *mandati.* 6. *ff. mandati. l. ſi remunerandi.* 6. §. *ſi cui* 1. §. *eod.*

Wenn du jemand etwas auffzutragen haſt / deinetwegen zuverrichten / oder zu beſtellen / als wenn

du jhm auffgetragen dir am Haus / oder Acker / oder Wein / Getreidig / oder sonsten etwas zu keuffen deinetwegen jemand zu bezahlen / für dich Bürge zu werden. In summa es sey was es wölle / so einer vom andern / seinet wegen zuvorrichten auffträgt : Vnd derselbe nimpt es auff sich / verrichtet es doch gar nicht oder vbel vnd vnfleissig / So hat der Befehler diese Klage derowegen wider jhn anzustellen / darin er bittet jhn zuvortheilen in das jenige / so hoch jhme daran gelegen gewesen / das jener das befohlene werck vorrichtet hette.

Excipi † contra hanc actionem potest primò, quod agentis nihil interfit mandatum illud peragi. *l. si procuratorem. 8. §. mandati. 6. ff. mand.* 5.

Secundò † excipi potest, mandatum fuisse super re §. turpi. *l. si remunerandi. 6. rei turpis. 3. ff. mandati. Felin. in c. sicut noxius. 1. n. 15. vers. & inter mandantem & mandatarium. & c. ex. de præsumt. l. si mandavero. 22. §. qui ædem. 6. ff. mand.* 6.

Tertiò excipi † potest, quòd mihi mandatum sit, quod meâ intererat. *d. l. si remunerandi. 6. §. planè. 5 ff. hoc tit.* 7.

Adversus † hanc exceptionem potest replicari, quòd & mandantis interfit. *d §. plane.* 8.

Quartò excipi † potest, quòd mandatum fuerit ab actore revocatum re integrâ. *l. si verò non remunerandi. 12. §. si mandavero. 16. ff. mand.* 9.

Quintò † potest excipi adversus actorem, hæredem mandatoris, quod ipsi agere non liceat, morte enim mandantis mandatum esse exstinctum. *l. inter causas. 26. in pr. ff. hoc tit.* 10.

Sextò

11. Sextò † excipere reo licet, quòd mandato renunciârit. *l. ſi mandavero. 22. §. fin. ff. mand.*

12. Septimò † excipi poteſt, quòd qui mandatum ſuſcepit, explere officium non potuerit, idq; cum primum potuiſſet, mandatori denunciaris. *l. ſi quis 27. §. qui ſuſcepit. 2. ff. mand.*

Wieder dieſe Klage mag ſich der Beklagte ſchützen/ Erſtlich dem Kleger ſey nichts daran gelegen/habe auch keinen Schaden erlitten/ daß das auffgetragene Werck nicht verrichtet.

Zum Andern/ Kleger habe eine Vnehrliche Sache auffgetragen/ die man zuuorrichten/ nicht ſchüldig.

Zum Dritten/ es ſey dem Befehlichhaber auffgetragen das jenige ſo jhn ſelbſt angehet. Dowieder aber angezogen werden kan/ Klegern ſey auch an deſſelben verrichtung gelegen.

Zum Vierdten / der Kleger habe den Befehl widerruffen/ vnd auffgehoben / derowegen ſey der beklagte denſelben ins Werck zu richten nicht ſchüldig geweſen.

Zum Fünfften/der jenige ſo den Befehl auffgetragen/ ſey geſtorben.

Zum Sechſten vnd Sibenden / Beklagter habe den Befehl auffgekündigt.

13. Quia † vero non modò, praxin vulgarem explanare, ſed eos qui ſtudio ducuntur penitioris jurisprudentię, nonnunquam quaſi floſculis quibusdam interiectis oblectare additionibus hiſce animus eſt, diſſen-

ſionem

sionem quandam ex hoc titulo explicare paucis volumus, novâ, vt arbitramur, declaratione. Est autem ea dissensio inter *l. qui negocia. 34. ff. mānd. & l. singularia. 15. ff. de reb. credit.* hæc ait cum excausa mandati pecuniam mihi debes, si convenerit, ut crediti nomine retineas, mutuum contrahi, illa negat.

Ausim affirmare, nudatâ fronte, utramq; legem tantum non ijsdem verbis idem definire: non hæc dico ostentandi ingenij gratiâ (à qua re longè abhorret natura mea) sed ut excitentur ingenia studiosorum ad veritatem jurisprudentiæ indagandam.

Sic igitur statuo: non ex omni contractu, nec semper nudâ pactione pecuniam creditam fieri, sed cum benignitas suadet. *d. l. qui negocia.* suadet autem benignitas, cum negocium contractum est, nominatus tamen non adest contractus alius, vt cum ex speciali mandato pecuniam penes te habes. *l. singularia.* secus si ex generali. *l. qui negocia. l. si remunerandi.* §. *apud Iulianum 6. ff. eod.* neq; enim tum deficit mandatum, *l. 6. C. si cert. pet.*

Eodem modo etiam explico alteram partem, cum *l. rogasti 11. ff. de reb. credit.* contractu, scilicet, qui principaliter utrobiq; geritur, ob oculos posito. *arg l. depositum. 1. §. idem Pomponius. 13. ff. de posit.*

CAPVT CLXIV.

DE ACTIONE
mandati contraria.

Klage wegen eines angenommenen vnd verrichteten Befehlichs oder volmacht.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & ad quid competat?*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Exceptiones contra hanc actionem competentes.*
4 *Honorarium pro mandato vel patrocinio ſuſcepto, an & qua actione peti queat?*

1. VICESIMA NONA † civilis actio eſt mandati contraria: nam ſi quis propter mandatum ſibi injunctum aliquid impenſarum fecerit, aut ſi quo alio modo ejus interſit, actionem hanc adverſus mandatorem habet, ad impenſas, ſive id quod ipſius intereſt, conſequendum. *l. ſi verò 12. §. contrario. 7. & §. ſi mihi. 9. & §. fin. l. idemq; 10. §. idem Labeo. 9. §. fideiuſſores. 11. l. ſi quis. 27. §. impendia. 4. l. ſi mandato. 45. §. ſi fideiuſſor. 6. l. ſi quis 16. l. ſi mandavero. 22. §. interdum. 2. l. qui mutuam. 56. §. fin. ff. mand. l. etiamſi. 4. C. eod. VVeſemb. in paratit. ff. eod. tit. n. 11. ibi. contrario judicio. &c.*

2. Sic † itaq; in hac actione libellum formabis:

Ago Sejus contra Titium, qui mihi mandavit seu rogavit me, ut pro ipso fidejuberem apud Sempronium, in mille aureos, id quod & precibus ipsius locum dans feci cum autem istos mille aureos, una cum centum quinquaginta aureis, usurarum nomine in triennium, ipsius nomine persolverim, ipseq; mihi, quamvis sæpius requisitus, satisfacere hactenus recusaverit, peto eum ad prædictos. 1150. aureos, una cum usuris debitis, & quas, quòd litem hanc cum eo suscipere coactus sum, impensas feci, facturusúe sum, restituendos, condemnari, in quam rem instituo actionem mandati contrariam.

Sic rectè formari libellum, probatur d. juribus.

Wenn dir jemand etwas auffgetragen seinet wegen zuverrichten / du hasts auch auff dich genommen vnd verrichtet / vnd darauff etwas von deinem gewendet / oder hast dahero sonst ein interesse erlanget / magstu diese Klage wider den Befehler anstellen / solchen dein angewenden kosten / oder interesse von jhm zuerlangen.

Excipi† contra hanc actionem potest, ferè omnibus ijs modis, quibus in præcedenti directâ actione. veluti primo quod agentis nihil interfit, (2.) mandatum interceſſerit super re turpi. (3.) quòd mandatum fuerit revocatum à reo, cui tamen tertiæ exceptioni rursum objici potest, quòd antequam mandatarius resciſſet mandantem vetasse, rem expedierit. *l. si mandassem. 15. ff. mand.* 3.

Excipi item quartò potest, quod mortuus fuerit mandatarius integro mandato: nam cum hoc casu solvatur mandatum, hæres mandatarij agere non poterit. *l. si quis 27. §. morte. 3. ff. mand.*

Deniq; excipi quoq; potest, actorem fines mandati excessisse *l. diligenter. 5. in pr. ff. mand. c. cum dilecta 22. in fi. ex. de rescript. c. bonæ memoriæ. 4. §. nos igitur postulationem. ex. de post. ulat. prælatorum.*

Wider diese Klage können fast alle jetzt ußwehren gebraucht werden / so bey der vorigen Klage erzehlet worden: als / denn Kleger sey nichts dran gelegen.

Zum andern / es sein vnehrliche sachen / darüber befehl gethan / derowegen sey der befehler gegen jhm nicht verpflichtet.

Zum dritten / das mandat sey auffgehoben. Dawider doch hinwiederumb replicirt werden kan / Kleger habe die anbefohlene sache verrichtet / ehe er von der widerruffung oder auffhebung des befehls etwas gewust.

Zum vierdten / kan auch wider diese Klage excipirt werden / der Befehlichhaber sey gestorben / ehe noch etwas auff einem oder dem andern theil des Befehlichs halber vorgenommen worden.

Endlich kan auch excipirt werden / Kleger sey aus dem Befehl geschritten / habe dessen / was er vorrichtet / keinen Befehl gehabt.

4. Vltimò † notabis heîc mandatarium quoq; honorarium, ultrò, remunerandi scilicet gratiâ, promissum, petere posse, non tamen mandati actione, sed aut ex stipulatu, si stipulatio intervenit, aut ex alio contractu aliâve actione, veluti præscriptis verbis, vel extra

ordinem. *qua de re videatur latius VVesemb. in parat. ff. mand. n.* 12. *ibi. sed hic quæri potest. &c.* vbi id etiam ad advocatos refert.

Es mag ein Befehlichhaber die verehrung / so jm von dem Befehler geboten / ohne abbruch dieser action oder Klage wol fordern / als wann ein Advocat jemand gedienet / kan er diese Klage wol anstellen das jenige zuerlangen / so er in seines Clienten sache außgeleget / vnd darneben ex stipulatu (dauon droben *sub tit. de certi condict. ex stipulat. cap.* 147. gehandelt) oder sonsten die verehrung fordern. Dann in dieser Klage / kan sie nicht gefordert werden / alldieweil das mandat oder auffgetragener Befehl die art vnd eigenschafft auff sich hat / das er freywillig / vnd ohne einige vorgeltung auffgenommen wird / sonst da man erstattung vorheist vnd annimpt ists eine miete. *l. obligatio.* 1. §. *mandatum.* 4. *ff. mand. & dictum est supra cap.* 163. *n.* 2. *ibi. mandatum, quod hîc &c.*

CAPVT CLXV.

DE ACTIONE DE, positi directa.

Klage wegen vertrauter Güter.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*

2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Exceptiones contra hanc actionem. & n. 4. 5. 6.*
6 *Definitio actionis depositi directæ.*

TRICESIMA † ciuilis actio est depositi directa, nam si apud quemquam deposueris rem aliquam, isq; repetenti tibi non restituat, ages contra eum istâ actione ad rem recuperandam, instituiturq; ea actio in simplum. *text. in l. depositum. 1. §. prætor. 1. ff. depos. §. præterea. 3. & ibi Schneidewin. Instit. quib. mod. re contrah. obligat. idem Schneidewin. in §. sequens. 16. tit. de actione depositi. n. 30. & seqq. Instit. de actionib.*

In hac † actione sequenti modo libellum formabis: Ago Sejus contra Titium, cui ante triennium, cum essem in Italiam profecturus, commendavi cistam libris juridicis repletam, ut eam usq; ad tempus reditus mei asservaret. qui & gratuitò eam benevoleq; in custodiam suam suscepit. quemadmodum testatur syngraphæ ejus hæc quam exhibeo, per notarium visa signataq; copia, paratus eam cum exhibitione orginalis comprobare, si ita judiciali interlocutione judicabitur. Quanquam autem à Titio memoratam cistam sæpius amicè repetij, tamen contra jus fasq; restituere abnuit, peto igitur eum ad restitutionem condemnari.

Wann du jemandt etwas zubewahren vnd auff zuheben vertrawet hast/ vnd der jenige/ dem du es vertrawet/ es nicht wider geben will/ hastu diese klage wider jhn anzustellen/ dasselbe Gut wider zu erlangen.

Excipi † contra hanc actionem potest, quòd tantum dixeris, velle te apud me deponere, nec verè deposuisti, quare etsi ego promiserim tibi custodire rem talem, & restituere ubi repetieris, tamen me ad restituendum non obligari. *Schneidevin in d. §. sequens 16. tit. de actione depositi. n. 38. ibi. ad hoc autem ut hæc actio competat, &c. Instit. de actionib.* 3.

Replicari † contra istam exceptionem potest, quòd Syngraphâ suâ fassus sit, se depositum accepisse, hoc enim modo probatur depositum *l. Publia. 26. §. Titius 2. ff. depos.* adeò ut non adnumerati depositi exceptio contra hanc replicationem non audiatur. *l. in contractibus. 14. §. sed quoniam. 1. C. de non num. pecun.* 4.

Secundò excipi † contra actionem istam potest, quòd quamuis tu deposueris, ego tamen custodiam rei non susceperim, quare si tu in meâ præsentiâ equum vel quid aliud in meâ domo posuisti, nec ego eius custodiam recepi, depositi non teneor. *Ioan. Fab. in §. sequens 16. n. 14. vers. & dico quod signanter recipit. &c. Schneidevin ibid. n. 39. vers. item Titium eius custodiam recepisse. &c instit. de act.* 5.

Tertiò † excipi etiam posset, quod non gratis, sed mercede constitutâ depositum feceris, 6.

quia

quia tum non tenetur quis depositi actione, sed aut locati aut præscriptis verbis. *Schneidewin in d. §. sequens. n. 38. vers. secundò requiritur, quod depositarius gratis. &c.*

Wider diese Klage kan zur schutzwehre gebraucht werden / das ich zwar versprochen habe / dir das vertrawte Gut wider zuzustellen / du hast mirs aber nicht vberantwortet.

Doch kan hie wider replicirt werden / ich habe dir eine vorschreibung darüber geben / vnd darinne außtrücklich gestanden / das du erwehntes Gut bey mir vertrawet / dann solcher gestalt wirds erwiesen / vnd ich werde mit obgedachter schutzwehre nicht gehöret.

Zum andern / kan wider diese Klage vorgeschützet werden / das ob du gleich etwas bey mir vertrawlich nider oder eingesetzet / ich doch dasselbe zu bewahren oder dafür zu stehen vnd zu antworten nicht auff mich genommen.

Endlich vnd zum dritten mag auch vorgeschützet werden / du habest das libellirte Gut nicht vertrawlich / besondern vmbs lohn bey mir eingesetzet / derowegen so magstu auch nicht als vber vertrawtem gute / besondern als vom vermieten oder sonsten gemeine Klage anstellen.

Plura de deposito, & hinc proficiscentibus agendi causis vide apud *Vincent. Caroc. in tract. depositi. & Matth. VVesemb. in paratit. ff. de depos.* apud quem præter cætera habes definitionem hujus actionis,

7. † quod videlicet sit actio bonæ fidei, rei persecutoria, perpetua, & quæ propter perfidiam infamet. *VVesemb. d. loc. n. 15. ibi. est autem hæc actio. &c.*

CAPUT

CAPVT CLXVI.

DE ACTIONE depositi contraria.

Klage wegen derer kosten so auff vertrawtes Gut gewendet worden.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Deponens rem quampiam tenetur etiam de leviſſimâ culpâ.*
3 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*
4 *Formal belli in hac actione.*
5 *Retentio an in depoſito locum habeat? & n. 7.*
6 *Retentio cujusq; rei pro expenſis competit.*

TRICESIMA PRIMA† civilis actio eſt depoſiti contraria, quæ datur ei, apud quem res depoſita fuit, ad recuperandas expenſas circa rem depoſitam factas, tàm utiles quàm neceſſarias, & generaliter ad omnem indemnitatem ejus, penes quem depoſita res fuerat, *l. ſi in Aſia. 12. in pr. l. ei apud. 5. in pr. l. actione. 23. ff. depoſ. VVeſemb. in parat. ff. eod. tit. n. 16. ibi ut autem hac. &c. Schneidewin in §. ſequens. 16. tit. de contrariâ depoſ. act. n. 42.* ctiamſi† aliquid ad depoſitarium incommodi ex re depoſitâ pervenerit leviſſimâ deponentis culpâ *Matthæſilan. ſingul. 173. incip. nota quòd in actione mandati. verſ. idem in actione depoſiti contraria. &c.* velutì ſi ſervum 1. 2.

furem ignorans apud me depoſueris, isq; aliud mihi
3. furatus ſit, nemini † enim officium ſuum, quod eius, cum quo contraxerit, non etiam ſui commodi cauſâ ſuſceperit, damnoſum eſſe debet. *l. ſi ſervus communis. 63. §. quod verò. 5. ff. de furt.*

4. Libellus † autem in hac actione ſic formabitur?

Ago Seius contra Titium, qui cum depoſuiſſt penes me equum vel ſervum, in illo equo vel ſervo expendi decem paſcendo eum, aut curando, unde prædictum Titium peto condemnari ad illa decem mihi reſtituenda vel præſtanda, & ad hoc propono actionem depoſiti contrariam.

Sic rectè formari libellum, probatur d. legib. & formulam talem præſcripſit *Specul. de depoſ. §. nunc libellos. 2. n. 3. ibi, porrò actio contraria depoſiti competit. &c.*

Wann jemand bey dir etwas vertrawlich eingeſetzet/ vnd du haſt auff das vertrawte Gut oder ding etwas gewendet/ Als ſo du ein vertrawt Pferd geſpeiſet/ heilen laſſen oder dergleichen was gethan/ oder du haſt dauon Schaden empfangen / als ſo ein Leibeigener dir vertrawet/ vnd er hette dich beſtolen / in dieſen vnd andern dergleichen fellen/ haſtu dieſe Klage wider den/ der das Gut bey dir vertrawet / anzuſtellen / damit er dir angeregte vnkoſten oder erlittenen ſchaden erſtatte.

5. Datur † etiam retentio rei depoſitæ pro conſequendis expenſis aut damnis. ut ſenſiſſe videtur *gl. in l. ſi plures. 14. §. ſive autem. 1. in verb. rem judicatam. ibi niſi juſtam cauſam habeat. &c. & etiam in pr. eius*

legis

*legis ibi. & est reddenda cum competenti cautelâ. &c. ff. depos. Vincent. Caroc. de depositi. part. 1. tit. de casu. in repetit. l. si quis C. depos. n. 20. ibi. declaratur ut non procedat pro expensis. &c. addens hanc communem** *

Est † enim regula generalis, quod rem debitoris retinere liceat, pro impensis, aut meliorationibus in eâ factis, *Matth. Coler. de processib. executiv. part. 1. cap. 2. incip. circa hunc passum. n. 210. ibi. ac regula quasi generalis. &c. & facit l. illud. 40. in pr. ibi. nec enim debet possessor temerè inde fensum jus suum relinquere. ff. de pet. hæred. ponderando ibi verbum, indefensum.* 6.

Non † obstat huic decisioni. *l. fin. in fi. C. de compensat. l. si quis. 11. C. depos.* quia illi textus loquuntur de compensatione vel retentione depositi super alio debito, quam expensarum in ipsam rem factarum nomine per ea quæ tradit Coler. *de processib. executiv. part. 1. de cap. 2. n. 210. vers. secus si alterius rei. &c.* 7.

Hæc idcircò heîc adijcere placuit, quod nuper in familiari colloquio cum quodam jureconsulto non erudito nobis eâ de re habita contentio sit, iscq; in eo perstiterit: retentionem sive compensationem depositi ob expensas, legibus penitus esse summotam.

Es ist im Rechten auch zugelassen / das man das vertrawte Gut / ehe nicht von sich stelle / mann sey denn der Vnkosten so darauff gewendet / befriedlget.

CAPVT CLXVII.

DE ACTIONE TVTELÆ.

Klage wegen Vormundschafft.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. TRICESIMA SECVNDA † civilis actio est tutelæ: nam si quis tutor alterius fuerit, istâ potest. conveniri actione, ut rationem reddat, & reliqua præstet. *l. de omnibus 1. per tot. ff. de tutel. & rat. distrah. & passim eo tit.*

2. In hac † actione sic forma libellum.

Ago Sejus contra Titium, qui olim tutor meus fuit testamentarius, legitimus, aut datiúus. à quo peto rationes utq; ante omnia inventarium legitimum edat, eoque mediante res & bona parentis mei mihi restituat, reliqua exsolvat, quod nisi fecerit peto mihi appronunciari juramentum in litem: & in hæc omnia intento actionem tutelæ.

Wenn jemand in deinen vnmundigen Jahren dein Vormund gewesen / vnd deine Güter verwaltet / oder hat sie einen andern Verwalten lassen / vnd doch nicht vleissig genug zugesehen / also das etwa der jenige so Verwaltet ichts verwarloset / verseumet / verterbet oder sonst nicht gnugsam / wie sichs gebühret / in

acht genommen / so hastu den gedachten Vormund hierumb allenthalben zubelangen/Vnd magst die Klage also anstellen / das du bittest / jhn dahin zuhalten / das er dir ein richtig inventarium aller derer Gütter so er in verwaltung gehabt oder haben sollen / vorlege/ dasselbe so darin benennet dir einreume/ vbergebe/ oder erstatte / richtige rechnung von allen einnehmen vnd außgaben thue/ vnd so er was an Güttern/aussenstehenden Schulden / oder sonsten verseumet / oder verwarloset / dasselbe von dem seinen ersetze / vnd auff den Fall da er solches nicht thun würde / das dir zuerkandt werde / der Eyd auff den Krieg / welchen du neben des Richters messigung schwerest / wie hoch du die gantze sache achtest / vnd also dann muß er dir so viel auch zahlen.

Exceptiones, requisita & alia complura ad totam materiam hujus actionis pertinentia, copiosè explanavi in additionibus *ad Modestini Pistor. illustres quæstiones part. 3. quæst. 126. incip. in petitione hæreditatis.*

CAPVT CLXVIII.

DE CONTRARIA TVtelæ actione.

Gegenklage von wegen der Vormundschafft.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in istâ actione.*

1. CONsectaria antegressæ † actioni est contraria tutelæ actio: nam sicuti contra tutorem datur tutelæ directa actio, sic ipsi tutori contraria tutelæ competit. ad recuperandas expensas, quas administrationis gratiâ fecit, & ad omne id, quod ipsi propter tutelam abest. *l. contraria. 1. in pr. & passim tot. tit. ff. d. contraria & utili act. tut.*

Est autem hæc actio non civilis, sed prætoria, ut patet *ex d. l. 1.* heic tamen propter cognationem intertexuimus.

Wann der Vormund von dem seinen dem Vnmündigen etwas zum besten abgewendet/ so hat er dasselbe von jhm vermittels dieser Klage wieder zu fordern.

Adde his etiam ea quæ habentur supra *cap. 53. tit. de contrariâ protutel. act.* ex quibus omnibus intelli-

telligere debes sequenti modo libellum oportere efformari.

Ago Sejus contra Titium cuius cum per septem annos fuerim tutor, eiusq; bona, quantum potui, accuratè diligenterq; administravi, expendi in administratione istâ centum aureos, quocirca ut hisce aureos centum mihi restituat, condemnari eum peto, & ad hoc propono contrariam tutelæ actionem.

CAPVT CLXIX.

DE ACTIONE commodati directa.

Klage wegen verliehenes Gutes.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Actio isti æ: an & cur civilis sit non prætoria, & quare de hoc contractu præter quoq; partes suas interposuerit.*
3 *Forma libelli in hac actione.*

TRICESIMA TERTIA † civilis actio est commodati directa, nam si cui rem tuam ad usum aliquem commodaueris, isq; finito usu non restituat, ages contra eum ad rem recuperandam, & si quâ ratione dolo culpave eius deterior facta est, quin etiã si forte res dolo culpave eius dẽ commodatarij perijt, agitur ad æstimationẽ, sic tamẽ ut adhuc res petatur

condemna-

condemnatio enim demum in æstimationem fit. *latè Schneidevin in §. sequens. 16. tit. de actione commodati. n. 21. ibid. sed jam quæritur. &c. Instit. de act. text. in l. 1. in pr. l. sed mihi 3. §. si reddita. 1. & passim tot. tit. ff. commod.*

2. Idcirco † autem hæc à nobis inter civiles connumeratur actio, *l. in commodato. 17. §. sicut. 3. ff. commod.* quod à jure gentium profectus contractus ille sit, & ad jus civile adscriptus, *l. ex hoc jure. 5. ff. de just. & jur.* actionibus scilicet inde compositis. *l. necessarium. 2. §. deinde. 7. ff. de orig. jur. gl. in d. l. ex hoc jure. 5. in verb. obligationes.* quamvis prætor quoq; adjuvandi civilis juris gratiâ, *l. jus autem 7. §. jus prætorium. ff. de just. & jur.* aliquid de commodato edixerit. *d. l. 1. in pr. ff. commod.*

3. Libellus † autem in hac actione sequenti modo formabitur: Ago Sejus adversus Titium, qui ante aliquot septimanas equum à me ad trium septimanarum spacium commodato petijt, quo Norimbergam proficiscceretur quam in rem assensus, equum illi meum gratuito commodavi. ceterum Titius longè post tempus pactione definitum reversus, equum illum restituere se negavit posse quod abs familiaribus quibusdam suis, in quos fortè inciderat, persuasus, proscriptos quosdam (Et liceat bannitem) latè in vicinià grassantes persecutus, atq; ab ijs in conflictu equus meus ictu sclopeti cæsus sit. Sed cum ego ipsi equum in usum istum non commodàrim, peto eum ad restitutionem ejus pristinâ bonitate atq; integritate faciendam: ut si id fieri nequeat ad æstimationem ejusdem, quæ est triginta aureorum, una cum expensis

litis, præstandam condemnari, & in hoc propono actionem commodati.

Wann du jemand ein Pferd oder sonst etwas/ ohne vorgeltung oder lohn/ auff gewisse zeit vnd masse geliehen hast/ Er aber nach vollendetem gebrauch solch Pferd dir nicht wider zustellet/ oder hat dasselbe vorderbet/ oder es ist gar vmbkommen/ so magstu diese Klage wider jhn anstellen/ dadurch du es zu sampt der erstattung des schadens/ oder da es vmbkommen were/ den werth desselben wider erlangen kanst.

CAPVT CLXX.

DE ACTIONE commodati contraria.

Gegenklage wegen abgelehneten Gutes.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Actio hæc quibus casibus competat & n. 3. 4. 5.*
6 *Forma libelli in hac actione.*
7 *Commodator ad modicas expensas refundendas non tenetur.*
8 *Commodator rei vitiosæ non tenetur de damno quod commodatarius accepit, nisi sciens vicij commodarit.*
9 *Commodatarius pro expensis in re commodata compensationem habet seu retentionem.*

10 *Contrario judicio quod possumus adipisci, id etiam excipiendo consequi possumus.*

11 *Cui damus actionem, ei multò magis danda exceptio.*

1. TRICESIMA QVARTA † civilis actio est commodati contraria, quæ datur ei, cui
2. commodata res erat, tum † ad repetendas expensas,
3. quas in rem commodatam fecit. *l. in rebus. 18. § possunt. 2. in pr. ff. commod.* tum † si intempestivè res abs
commodante sit repetita, ad præstandam conventionis fidem, vel id quod interest. *l. in commodato. 17. §.*
4. *sicut. 3. ubi latè. ff. eod.* tum † ad recuperanda damna, quæ passus est commodatarius ex re vitiosâ, quam ille commodârat, *d. l. in rebus. 18. §. item qui sciens. 3.*
5. *ff. d. tit.* incidere † quoq; tempora possunt, ut ad rem commodatam eiusve precium agere queat commodatarius, veluti si amissa sit res, atq; idcircò precium commodatori præstitum, nunc autem res ad eum redijt *text. in l. rem mihi. 21. in pr. ff. sæpè memorato tit. commod.*

6. Ex † quibus speciebus apparet, alio subinde atq; alio modo libellum esse efformandum, ut tamen aliquid in eam rem demus exempli, sic conscribere libellum licebit.

Ago Titius adversus Mævium, qui cum nudius tertius poscenti mihi commodasset tigna, ad fulciendam insulam meam, donec refecissem, importunè subtraxit, adeò ut damnum inde centum aureorum perpessus sim, quare ad hosce mihi persolvendos condemnari eum petò, contrariâ commodati actione institutâ.

Sic

Sic rectè formari libellum, probatur *d. l. incommodato.* 17. §. *sicut.* 3. *ff. commod.* atq; in ceteris etiam ſpeciebus facilis erit ad hanc formam redigendi libelli via, ſi rem geſtam exponas, quodq; exuniuscuiusq; negocij naturâ, qua de antè *n.* 2. 3. 4. & 5. perſcripſi, petendum ſit complexione comprehendas.

Wann dir jemand auff dein anſuchen etwas geliehen hat/zu einem gewiſſen vorhaben/ ſo du jm angemeldet haſt/als ſo er dir etzliche Pfele gelihen/auff daß du dein Gebewde (welches bawfellig) ſo lange damit ſtützen mögeſt/ biß du es gebeſſert habeſt/ vnd er nimpt die Pfele vor endung deines Bawes wider/ alſo daß du durch ſolche vnzeitige abforderung an ermeltem gebewde ſchaden leideſt/ haſtu dich vermittels dieſer Klage ſolches ſchadens an jm zuerholen.

Item ſo du an das gelihene ding vnkoſten gewendet/ oder dir wiſſentlich ein mangelhafftig ding gelihen/dahero du auch ſchaden erlitten.

Item ob du das gelihene ding verloren hetteſt/ vnd es dahero dem Leiher bezalen müſſen/ er aber daſſelbe wider zu ſeinen Henden bekommen/ ſo haſtu gedachter vnkoſten vnd ſchadens halber/ oder auch wegen des Geldes ſo du jm dafür gegeben/ jn durch dieſe Klage zubeklagen.

Contra † hanc actionem ſi de expenſis agatur, excipi poteſt, eas fuiſſe modicas, veluti cibariorum & id genus, ad quas quidem refundendas non eſt obſtrictus commodator. *l. in rebus.* 18. § *poſſunt.* 2. *ff. commod.* 7.

8. Quod † si ob damna agat commodatarius, excipi potest, ignorantem commodatorem vicij fuisse, neq; enim nisi sciens tenetur *l. in commodato. 17. §. sicut. 3. ibi. aut etiam sciens vicioſa commodaveris. ff. commod.*

Malim tamen non tám hanc exceptionem rei, quàm contrarium, intentionem actoris, judicari, sic ut non reus se in ignoratione fuisse, sed actor rerum vicij scientum fuisse probare debeat. *per text. in l. si servus. 22 ff. dicto tit.*

So der Krieger diese Klage angestellet auff die angewandte Vnkosten/ kan sich der Beklagte dawieder schützen/ vnd vorwenden/ Sie seind geringe als Speiß vnd Tranck oder dergleichen.

Item da auff erlittenen schaden geklaget würde/ hat sich der Beklagte zu schützen/ oder viel mehr in der Krieges befestigung zuvorneinen/ das er den mangel des geliehenen Gutes nicht gewust.

9. Notandum † præterea ad id, quod de impendijs commemoraui, non actione modò istâ uti posse commodatarium, sed & compensationis exceptionem obijcere agenti commodatori. *text. d. l. in rebus. 18. §. fin. ff. commod. Schneidewin in §. sequens 16. tit. de contraria commod. actione. n. 29. vers. & pro majoribus expensis. &c. instit. de action.* Nam † quod contrario ju-

10. dicio consequi quisq; potest, id etiam in judicio recto salvum habere potest compensationis jure. quippe †

11. cum cui actionem damus, ei multò magis impertienda videatur exceptio. *VVesemb. in paratit. ff. commod. in fi.*

Es mag auch der jenige/dem etwas von einem an-

dern gelihen worden/vnd er vnkosten drauff gewendet/ das gelihene ding so lange inne behalten / biß jhn ermelte vnkosten erstattet sein / vnd dahero kan er sich auch wider den leiher schützen/das er also deßwegen keine sonderbare nawe Klage anstellen darff.

CAPVT CLXXI.

DE PIGNORATICIA ACTIone directa.

Klage wegen eines Pfandschillings.

SVMMARIA.

1 *Actio pignoraticia directa qua.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Exceptiones & replicationes contra hanc actionem & n. 4 5, 6. 7.*
5. *Clausula in libello usitata, petens sibi super his omnibus prout in meliori peti poterat aut debebat, justiciam administrari, quid operetur.* 3.

TRICESIMAQVINTA † civilis actio est pignoraticia directa, quæ quidem definitur, quod sit actio personalis, *text. in l. fin. C de distract pign. glos. in l. nec creditores, 10. in verb. longi. C. de pignorat. actione. Marant. in speculo part. 4. judiciorum distinctione*

tertia an sit judicium personale vel reale. n. 60. *ibi. an autem actio pignoraticia. &c. VVesemb. in paratit. ff. de pignorat. act. n.* 7. *vers. est enim personalis actio. &c. ubi etiam allegat. Bald. in c.* 1. *in pr. de feud. dat. in vic. leg. commiss.* quâ debitor, qui rem pignori opposuit, dissolutâ pecuniâ, agit adversus creditorem, ut rem reddat & damnum in eâ dolo culpàue ejus datum resarciat. *VVesemb. in paratit. ff. de pignerat. act. n.* 7. *ibi. directa est. &c.*

2. Libellus in † hac actione sic dictabitur: Ago Sejus adversus Titium, cui, cum mille mihi mutua dedisset, prędiũ meũ suburbanum pignori alligavi ante biennium, ceterum cum ei pecuniã hanc dissolverim, tamẽ restituere pign^r negat, quamobrem eũ ad restituendum condemnari peto, eamq; in rem pono actionem pigneraticiam. Sic rectè formari libellum, probatur *l. si rem alienam.* 9 *§ propriè* 2. *& §. § seqq. ff. de pignerat. act. §. fin. instit. quib mod. re contrah. obligat.*

Wann du von jemand Geld geborget/ vnd jhm zu mehrer versicherung ein pfand eingesetzt numehr aber jn bezalet oder befridiget/ vnd er dieses vngeachtet das pfand dir nit wider geben wil/ so magstu diese klage wider jn anstellen/ dasselbe dadurch wider zu erlangen/ da er auch bößlich oder durch nachlessigkeit vñ verwarlosuũg daran schaden gethan/ oder geschehen lassen/ magstu ingleichem diese klage zu erstattung desselbigen gebrauchen.

3. Excipi † contra hanc actionem potest, quòd non omnis pecunia debita dissoluta; aut saltem eo nomine satisfactum non sit. *l. si rem.* 9. §. *omnis.* 3 *ff. de pigner. act.*

4. Replicari † potest, quòd paratus sit debitor nunc solvere, & tum probè sibi consulet, si offerat in judicio pecuniam, nam & rem pignoratam, & quod suâ interest consequitur. *d. l. si rem.* 9. §. *fin.*

Replicari † item ſecundò poteſt, quòd re pignoratâ, creditor abutatur, doloq; malo impediat debitorem, quo minus jure ſuo uti queat. nam tum etiam ante ſolutam pecuniam agi pignoraticiâ poteſt, in id, quod intereſt. *l fin. in pr. ff. de pignor. act. VVeſemb. in parat. ff-eod. n. 7. vers. ſed & nec dum ſolutâ pecuniâ &c.* 5.

Secundò † excipi poteſt, contra actionem iſtam, quòd creditor reus pignus non poſsideat, tum enim domino pignoris propria eo nomine actio competit. *l. petenti. 27. ff. de pig. actione.* quippe cum hæc perſonalis ſit, ut initio dicebam. Putant quidem interpretes æquitate canonicâ etiam contra tertium poſſes, ſorem hanc dari actionem, moti *c. cum contra. 6. ex. de pignorib. ubi Innocent. Matth VVeſemb in parat ff de pignor. act n 7. vers quanquam jure pontificio. &c.* Sed ea ſententia textu illo non firmatur, neq; æquitate illâ opus erat, cum alia ſuperſint remedia. 6.

Wider dieſe klage kan man ſich ſchützen vnd vorwenden / erſtlich das geld / dafür das pfand haffter / ſey noch nicht : oder aber nicht gar bezalet.

Dawider aber der kleger repliciren mag / er ſey bereit / das geld bar zuerlegen / vnd mag ſich alſo bald vor gericht dazu erbitten.

So kan auch repliciret werden / man klage nicht auff außantwortung oder einreumung des pfandes. beſondern auff das intereſſe / dorumb / daß der gleubiger dem kleger an ſeinem rechten des Gutes nachteilig iſt.

Als zum Exempel wañ der kleger / dem gleubiger neben einreumũg eines verpfendeten Ackers / zugleich die darüber auffgerichte Kauffverſchreibung mit vberantwortet hette / vnd inmittels etwas auff den Acker bawen wolte / ſein Nachbar aber jm nit geſtehet / das der Acker ſo weit heraus geh daher er in zãck mit jm geret / vñ die verſchreibung zu außfürung ſeines rechtẽs vom gleubiger fodert / derſelbe aber ſie

außzu-

außzuantworten sich verweigert / also das der Schuldener seinem Nachtbar nicht widerstand thun kan/vnd derowegen geringern oder wenigern' platz zum gebewde nemen muß/ als jhm sonst zustendig/so hat er wider ermelten gleubiger vnd inhaber des Pfandtschillings/ noch vor der bezahlung angeregter massen sich dessen zubeklagen.

7. Ferner vnd zum andern/kan auch wider diese klage vorgeschützet werden / der beklagte besitzt das Pfandt nicht / derowegen könne kleger mit dieser klage nicht gehöret werden. Aber † diese exception hat jetziger zeit wenig nutz / dann nach allgemeinem Landvblichem ja fast des gantzen Römischen Reichs gebrauch die klage selten außdrücklich genennet/ besondern nur schlecht vnd einfeltig das factum vnd die sache erzehlet/vnd darauff die gewöhnliche † vnd heilsame Clausel angehefftet wirdet / darinne man auff die narrata zu erkennen vnd gerechtigkeit mitzutheilen bittet / nicht allein wie außdrücklich gebetten/besondern wie sonsten nach allen vmbstenden der sache/ am füglichsten/ nützlichsten/vnd bequemsten hette gebetten werden können / sollen/ oder mögen darunter dann verstanden / vnd begriffen werden alle andere actiones, remedia, klagen vnd mittel dadurch der kleger zu dem jenigen/was er begeret/kommen kan.

8.

CAPVT CLXXII.

DE CONTRARIA PIgneraticia actione.

Gegenklage wegen eines Pfandschillings.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ, & quibus casibus competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

TRICESIMA SEXTA † civilis actio est pigneraticia contraria, quæ creditori competit adversus debitorem, si sumtus in rem pignoratam fecerit, aut damnum ex eâ sit passus, veluti (1) si furtum servus pigneratus fecerit. *l. si servos. 25. l. si servus. 31. ff. de pignoratis. act.* (2.) aut si creditor in conventione pignoris à debitore deceptus sit, ut si aurum se pignori opponere debitor dicat, & æs supponat. *text. in l. pignus. 1. §. si quis. 1. l. si quis 36. in pr. ff. de pignorat. act.* aut (3.) Si rem alienam, vel alij pignoratam, vel in publicum obligatam pignori dedit, quamvis ignorans id fecerit, *l. tutor. 16. §. contrariam. 1. ff. d. tit.* aut (4.) Si falsa solutionis ostensâ spe, pignus recuperarit. *l. si quasi. 3. ff. eod.* aut (5.) Si malicioſè in pignore versatus sit. *l. si rem. 9. in pr. ff. eod. tit.* & generaliter si alio quovis modo damnum creditori 1.

circa pignus metuendum sit *l. si pignore. 22. §. si post. 3. & passim tot. tit. ff. de pign. actione.*

2. In hac † actione sic formabis libellum: Ago Sejus adversus Titium, qui posteaquam mille ipsi mutua dedi, pignus mihi eius summæ nomine constituit fundum suum Cornelianum, verum cum intelligam eum fundum Sempronio quoq; obligatum esse, pro octingentis aureis, eaq; de causâ ad securitatem debiti mei non satis idoneus sit, peto condemnari Titium ad aliud pignus magis idoneũ præstandum, eamq; in rem propono contrariam pignoraticiam actionem.

Sic rectè formari libellum, probant supra adducti textus, Quod si in alium quempiam casum ex supra memoratis, vel hisce similem, res incidat, facilè ex specie propositâ narrationem libelli formare atq; commutare poteris.

Wann du jemand Geld gelihen hast / dargegen er dir ein pfand eingethan/vnd du hast etwa vnkosten darauff gewendet / oder der Schuldener hat dich mit dem pfande betrogtn / als wann er dir ein güldene Ketten/ gülдene Ringe/oder sonsten dergleichen ein zuthun verheissen/vnd gibt dir ein Messinge Ketten oder Messinge Ringe/etc. Oder so das verpfendte Gut nicht sein/ oder jemands mehr vorhin verpfendet ist / Oder so er dir das pfand listiger weise aus deinen Henden vnd gewehr gebracht vnd partirt hette/Oder sonst arglistiger weise damit gebahret/in solchen vnd dergleichen fällen/ hastu diese klage wider jn anzustellen/ ermelte vnkosten oder ein ander pfand/ oder dasselbe / oder deinen Schaden vnd interesse zuerlangen.

CAPVT

CAPVT CLXXIII.

DE ACTIONE PRÆscriptis verbis.

Klage auff schlechte erzehlung des verlauffenen Handels.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ, & quibus casibus competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. TRICESIMA SEPTIMA † ciuilis actio est de præscriptis verbis, nam cum plura sint negocia quàm vocabula, fit non parum sæpè, ut contractus existant, eorum tamen appellationes nullo jure civili proditæ sint, quibus quidem casibus præscriptis verbis in factum actione experiri oportet. *l. nonnunquam 1. & l. 2. 3. 4. ff. de præscript. verb.* quarum quidem speciarum complura jam memorato pandectarum titulo exempla perscripta reperias.

2. Exempli † ergò gratia sic libellum formabis-

Ago Sejus adverſus Titium, qui cum conveni, ut equum meum ad ſeſe reciperet, preciumq́; eius exploraret, eoq́; explorato mihi reſtitueret, ceterum iam amplius menſibus duobus eundem penes ſe habuit, nec de precio explorato certiorem facit me, & ipſum equum repoſcenti mihi reſtituere ſeſe negavit velle, quocirca hac præſcriptis verbis in eum intentata actione, ſed memorata, vel id quod meâ intereſt, eum condemnari peto.

Sic rectè formari libellum probatur d. legib.

Wann du mit jemand eine Verpflichtung auffgerichtet / vnnd doch dieſelbe im rechten keinen gewiſſen Namen hat / dahero auch keine gewiſſe Klage zu finden / welche du deßwegen anſtellen möchteſt. Da nun gleichwol dein gegentheil dem jenigen / dazu er ſich gegen dir verpflichtet / nicht nachſetzen wil / ſo magſt du dieſe Klage præſcriptis verbis wider jhn erheben / darinne du die ſache vnnd den gantzen Handel ewerer Verpflichtung erzehleſt / vnd darauff bitteſt zu erkennen / das er ſchuldig ſey / ſeine Zuſage zu halten / oder zu geben vnd zu bezahlen / ſo hoch dir daran gelegen iſt / das er ſeiner zuſage ein genügen gethan hette.

CAPVT

CAPVT CLXXIV.

DE ACTIONE præscriptis verbis æstimatoria.

Klage so man einem etwas geschatzet zuuorkeuffen geben.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

TRICESIMA OCTAVA † civilis actio est, æstimatoria præscriptis verbis, quæ datur ei, qui alteri rem æstimatam dedit, cà sententiâ vt venderet, contra eum cui dedit, ut aut rem ipsam reddat incorruptam, aut æstimationem, de quâ convenit. *l. actio. 1. in pr. & §. 1. ff. de æstimat. act.* 1.

Ex quo † textu intelligendum est, eo, quo iam explicabo, modo libellum esse conscribendum: 2.

Ago Sejus contra Titium, cui Scyphum argenteum inauratum quinq; & sexaginta aureis æstimatum tradidi, ut venderet, veram is neglecta pactionis fide,

amplius sex menses Scyphum retinet, neq; quid egerit, aut effecerit, ad me refert, imò nudiusquartus conventionis à me admonitus nostræ, fratri se suo nuptias celebranti commodasse aiebat, eiq; furtim subtractum: Sed neq; ipsi ego eâ lege dedi scyphum: neq; damnum illud ad me pertinet, quocirca cum ad scyphum incorruptum restituendum, aut ad æstimationem pactam præstandam, condemnari peto, æstimatoria præscriptis verbis actione propositâ.

Wann du jemand einen Silbernen Becher/ ein Pferd/ Kleidt/ oder sonsten etwas/ auff ein gewisses vnd namhafftiges Geld geschatzet/ vbergeben hast zu dem ende/ das ers in solchem Werth verkauffen sol/ vnd er thut solches nicht/ so hastu diese Klage wider jn anzustellen/ darinne du bittest jhn zuvortheilen/ das er dir das ding vnuorsehret wider gebe/ Oder den benendten Werth desselben erstatte.

CAPVT CLXXV.

DE PERMVTATIONE.

Klage wegen eines Tauschs oder Stichs.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Actio hæc quando competat?*

TRICESIMA NONA † civilis actio est, præscriptis verbis ex permutatione nam cum pactus es cum aliquo, ut tibi det equum suum, tu illi tuum, vel utille tibi det tot pelles scythicas tibi demonstratas, tuq; illi tot pannos anglicos ipsi ostensos tuq; illi iam tradidisti pannos, ille pelles conuentas tradere recusat, habes contra eum actionem istam, qua experiri contra eum licet, vel ut tradat equum, sive pelles suas, vel ut id quod tuâ interest præstet, vel ut equũ sive pannos tibi restituat. *text. in l. rebus. 6. l. emtionem. 7. l. ea lege. 8. l. si cum. 1. in fi. l. cum precibus. 4. in fi. C. de rer. permut. l. sicut. 1. in fi. ff. eod. tit.* 1.

In † istâ actione sic formabis libellum: Ago Ioannes contra Simonem Iudæum, qui proximis nundinis vernis heîc Lipsiæ convenit mecum, de permutatione quinq; quadragenarum pellium scythicarum in tabernâ eius, quam habebat in ædibus Titij in vico Divæ Catharinæ, tunc temporis mihi propositarum, 2.

uti

uti contra pro his pactus ſum decem pannos anglicos cosq́; mox altero poſt conſenſum die tradidi, verum is pactas belles nondum mihi dedit, & adhuc dare recuſat, quare peto condemnari eum, ad dandas eas: vel peto eum condemnari ad id, quod meâ intereſt, quod quidem excurrit ad centum aureos: vel, peto eum condemnari, ut pannos meos mihi reſtituat.

Sic aliam atq; aliam petitionem narrationi ſubjecere licet, eſt enim in arbitrio actoris, quâ uti velit. *d. l. 1. in fi. C. de rer. permut.*

3. Notandum tamen heîc eſt, † actionem iſtam proditam eſſe quoties nudâ pactione de permutatione conventum eſt, nam ſi ſtipulatio acceſsit, licet eâdem tãquam firmo juris civilis vinculo, omnino ad placiti fidem præſtandam experiri. *d. l. 1. §. 2. vers. alioquin ſi res. ff. de rer. permut. l. ex placito. 3. l. 4. 7. C. eod.*

Wann du mit jemand einen tauſch oder ſtich ohne ſonderbare ſtipulation / nur mit ſchlechten Worten auffgerichtet haſt / als ſo du mit einem Jüden ſtechen wolteſt / das er dir etzliche Zimmet zobeln / vnd du jhm dargegen etzliche ſtücke Engliſch Tuch geben ſolteſt / vnd du haſt jhm die Tücher gegeben / er aber die Zobeln nicht / ſo magſtu jhn durch dieſe Klage derowegen belangen vnd endweder bitten / daß er dir die Zobeln nochmals gebe / oder dein intereſſe bezahle / oder die Tücher wider gebe.

CAPVT CLXXVI.

DE ACTIONE IN FACTVM generaliſsima & ſubſidiariâ ſive utili.

Eine allgemeine Klage auff alle Thaten.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

QVADRAGESIMA † civilis hæc in factum actio ſubſidiaria omnium actionum eſt, quoties enim eiusmodi eſt geſta res, ut dari actionem æquitas ſuadeat, neq; tamen ulla in jure proditæ eſt actio, datur hæc in factum ſubſidiaria in multis & varijs juris articulis ſæpè admiſſa. *l. ſancimus.* 21. (*aliâs l.* 17.) *C. de ſacroſanct. eccles. l. in rem.* 23. *§. item quæcunq;.* 5. *vers. ideoq; in omnibus. ff. de rei vindicat.* ego malim dicere utilem. *l. quotiens.* 21. *ff. de præſcript. verb. id quod & ſenſit Cuiac. in §. ſi duorum.* 27. *inſtit. de rer. divis. fac. optimè l. jurisgentium.* 7. *§. ſed & ſi.* 2. *ff. de pactis.* 1.

Etſi autem ferè heîc certa libelli forma præſcribi

nequeat, propter varietatem atq; incertitudinem casuum, ad hanc actionem delabentium, tamen ut aliquid saltem adumbremus, sic licebit dictare libellum:

2. Ago † Sejus adversus Titium, is sex modicos frumenti mei in agro suo seminavit, quos, quæ est hodierna rerum caritas, duodecim aureis vix mercari queam, quare ad aureos istos duodecim mihi persolvendos eum condemnari peto, actione in factum utili sive subsidiariâ propositâ.

Sic rectè formari libellum oportere significant supra commemorati textûs.

Wann ein Handel (so Bürglich vnd nicht aus einer Vbelthat herfleust) fürgelauffen/darüber es billich were/ das man auff einen oder den andern fall eine Klage hette/ vnd doch im Rechten keine verordnet/ so mag man sich dieser gebrauchen / also daß man schlecht vnd einfeltig den gantzen verlauff der Sachen erzehle/ vnd darauff bitte das gegentheil darein zuvortheilen/ dazu er in angeregtem Handel verpflichtet / oder das er den Schaden vnd interesse, oder was dergleichen die gelegenheit des falls erfordert/erstatte vnd bezahle.

CAPVT CLXXVII.

DE ACTIONE IVDICATI quam nonnulli in factum actionem vocant.

Klage wegen erlangtes Vrtels vnd Rechts.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ, & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in istâ actione.*
3 *Iudicati executio quomodo hodie jure communi, camerali, & Saxonico petatur, & n 4. 5. 6. 7. 8.*

QVADRAGESIMA PRIMA † civilis actio est judicati, nam quando quis alterum judicio convenit, sententiamq; adversus eum obtinuit, eaq; in rem judicatam transijt, habet judicati actionem adversus victum, ut sententiæ satis faciat. *l actori. 8. C. de reb. cred. l. miles. 6. §. fin. ff. de re judic. VVesemb. in paratit. ff. eod. n. 8. vers. & ex ea non modo is qui obtinuit. &c.* 1.

Quam † actionem sic formabis: 2.

Ago Sejus adversus Titium, quem cum judicialiter ante biennium conveniſſem ob centum aureos, judex ad prædictam summam, una cum sex annorum usuris, quincuncibus scilicet in annos

singulos condemnavit, qui iunctim faciunt centum & triginta aureos. quare peto eum cogi ad summam memoratam exsolvendam, eamq; in rem propono actionem judicati.

3 Sic rectè formari libellum, probatur d. locis.

4. Sed enim † potest quoq; victor, sine ambagibus, officium judicis implorare, ut is sententiam exsequatur: in continenti quidem in judicio reali, si res statim restitui potest. *text. in §. & si in rem. 2. instit. de offic. judic. VVesemb. in paratit. ff. de re judic. n. 9. ibi. quanquam potest etiam. &c. Matthias Coler. de processib. executiv. part. 3. cap. 6. incip. viso & perlecto n. 14. ibi. sic quantumvis adversus. &c.* hoc est, post decem dies. *Fachs. diff. 56 n. 2. vers. nam in reali secus est. &c.*

5. Post † quatuor autem menses à tempore latæ sententiæ, in actionibus personalibus, *l. penult. & ult. C. de usur. rei judic. Reinhard lib. 2. part. 4. de judicialibus diff. 9. in pr. l. debitoribus. 31. ff. de re judic. Zobel. part. 1. diff. 45. n. 1. vers. sed jure communi. &c. Coler. de processib. executiv. part. 3. cap. 6. incip. viso & perlecto. n. 7. vers. sicut autem de jure codicis. &c.*

6. Iure † Saxonico exsecutio rei judicatæ petitur post duas septimanas, ab eo scilicet tempore, quo sententia in rem judicatam transijt. *text.* Weichbildt *art. 46. incip.* Des Burggrauen gewett. *in fi. text.* Landrecht. *lib. 1. art. 70. incip.* Wat ein Mann geklaget. *vers.* Klagt man aber vmb Schuldt. *Reinhard. lib. 2. part. 4. diff. 9. vers. secus de jure Saxonico. &c. Coler. de processib. executiv. part. 3. d. cap. 6. n. 7. vers. ita in his provincijs. &c. Fachs. lib. 1. diff. 56. vers. at de jure. &c.*

Sed hodiernâ † consuetudine, in hisce terris, & ceteris provincijs Saxonicis, generaliter sex hebdomadæ & tres dies indulgentur judicatis rebus, sive actio realis sive personalis fuerit. *Coler. ubi sup. d. n. 7. & n. 14. vers. ceterum isto casu. &c. Fachs. d. diff. 56. vers. consuetudine locorum tamen. &c.* id quod & nominatim constitutione electorali Saxonicâ. *part. 1. cap. 32. tit.* Von der Wülffe auff erklagete vnd erstandene richtige Schuldt. *in pr.* sancitum est. 7.

In † camerâ Imperiali quoq; posteaquam sententia in rem judicatam transijt, decernuntur exsecutoriales, aut mandata exsecutorialia, cum termino sex septimanarum & trium dierum, & annexâ citatione ad docendum de paritione, vel videndum se declarari iu pænam exsecutorialium, aut allegandum causas, cur talis declaratio fieri non debeat. *And. Gail. lib. 1. obs. 113. incip. postquam sententia. n. 1.* 8.

Et quanquam, ex his, quæ supra *n. 2. & 3.* monui, appareat, differentiam esse celeritatis expediundi, cum agitur rei judicatæ actione, & cum iudicis officium pro exsecutione faciendâ imploratur, quod & significat Gail. *d. obs. 113. n. 9. vers. communiter distinguunt. &c.* Tamen in camerâ Imperiali semper de simplici & plano proceditur, absq; libello & litis contestatione, sufficitq; summaria propositio, & petitio pro faciendâ exsecutione. Gail. *ubi sup. n. 10. ibi. in camerâ tamen in simplici, &c.*

Plura de exsecutione vide apud Gail. *eod. cap. & cap. 114. 115. 116. 117. 118. eodem lib. 1. & Matth. VVesemb. in paratit. ff. de re judic. n. 9. 10. & passim tot.*

tit. Fachs. lib. 1. diff. 57. Zobel. part. 1. dicta diff. 45.

Wann du jemand im Rechten beklaget/ vnd biß zum Vrthel erstanden hast/ so magstu diese Klage wider jn anstellen vnd bitten / jhn dahin zu halten/ das er dem Vrthel folge leiste.

Du magst auch das Richterliche Ampt derowegen anruffen/ vnd vmb vollstreckung des Vrtels oder executorial Bieffe/ Wie solches in dem Churfürstlichen Sechsischen Oberhoffgericht allhie gebreuchlich/anzusuchen/ welcher Weg dann viel schleuniger ist/ vnd werden also bald an den Richter dorunter der beklagte vnd vberwundene ohne mittel gesessen / die executoriales mitgetheilet. Derowegen dißfals kein ordentlich klagslibeld von nöten/ besondern du magst nur schlecht erzelen/welcher gestalt du ein Vrtel/ wider den vnd den erhalten / dorin er diß oder jenes zu thun oder zu leisten vortheilt/ bittest derowegen die executoriales an seinen Richter mitzutheilen.

Ingleichem wirds auch am Keyserlichen Kammergericht gehalten / daselbst mag man auch schlechter massen vmb executoriales oder executorialia anhalten.

Vnd werden fast durchs gantze Römische Reich/ wie auch nach vblichem Sachsen Rechte/ vñ Churfürstlicher Landes ordnung in diesen Landē/ in allē Bürgerlichen sachen/ sie seind auff persönliche oder dingliche klagen gerichtet gewesen/ dem vberwundenen / nach dem das Vrtheil seine Krafft erreicht / sechs wochen vnd drey tage zur parition vergönnet/ also dās wann er in mittels nicht parirt, vnd dem Vrtel folge thut/ er in Keyserlichem Kammergericht in die straff so in den execu-

toria-

torialien begriffen/ verurtheilet wirdet / nach Sachsen recht aber wird wider jhn/ in seine bereiteste Güter verholffen/ das verholffene Gut durch den Fronboten offentlich feil geboten / vnd damit gebahret / inhalts hochgedachter Churfürstlicher Landesordnung part. 1. cap. 32. Vnd des Torgischen außschreibens Anno 84. tit. vom feilbieten. Allda du selbst mit mehrem hievon lesen magst. Besihe weiter hievon im letzten Capittel dieses Buchs.

CAPVT CLXXVIII.

DE ACTIONE IN FACTVM quæ oritur ex confessione.

Klage auff ein Bekentnis.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & quotuplex n. 2.*
3 *Forma libelli in hujus actionis unaquaq; formâ.*
4 *Interrogatoriæ actiones an & quatenus sublatæ?*
5 *Pactum nudum, & nuda pollicitatio privato factæ, quando producat actionem?*

QVADRAGESIMA SECVNDA † civilis actio est: Si quis interrogatus, in judicio fateatur, se tibi debere aliquid, non adiectâ causâ, ob quam debeat, vel extra judicium idem confiteatur coram testibus quinq; ad id rogatis habebis ex 1.

istâ confessione actionem in factum adversus confitentem, quod infinitè (informiter vulgò appellitant nostri) confessus sit.

2. Quod † si expressâ debendi causâ sit fessus (qualem nostri haud satis concinno verbo nominant formiter factam confessionem) altero ex modis istis, quos recensui, duobus, dabitur utilis actio, quasi ex eo contractu, quem confessione sua complexus est, veluti utilis ex vendito, vel utilis certi condictio, &c. perinde ut directa ex vero contractu competebat.

3. In hisce † ergò actionibus sic libellus erit efformandus: Ago Sejus contra Titium, qui in judicio fassus est, se mihi debere decem (adde, ex mutuo vel vendito, si formiter confessus sit) quæ decem pero ab ipso eamq; in rem propono actionem in factum ex confessione. (quod si formiter fassus sit, dices, eamq; in rem propono utilem certi condictionem ex mutuo, vel utilem actionem ex vendito.)

Sic rectè formari libellum probatur *l. de ætate. 11. §. qui interrogatus. 9. ff. de interrogator. in iure fac.*

4. Obiter † hoîc nota in desuetudinem abiisse interrogatorias actiones, quibus antequam actio ulla esset instituta auctoritate edicti prætorij interrogationem rei postulare, licebat, quamvis nulla alia actio competeret, quæ verè dicebantur actiones interrogatoriæ. *text. in l. totiens 1. §. interrogatoriis. 1. ff. de interrogatoriis act.*

Mansisse autem istam, de qua hoc capite explanavimus, facultatem interrogandi, non jure illius actionis interrogatoriæ, sed antegrediente ordinariâ actione, quam quis haberet, ac ne quidem huius actio-

nis iure, ſed officio prætoris, inſtitutâ iam actione implorare licet per edictum prætoris, de interrogationibus in jure faciendis. *l. edictum 2. ff. de interrogat. in jure fac.* Vide elegantèr hac de re differentem Robert. *lib. 4. ſent cap. 18. incip. obſcurum haud immeritò.*

Wann jemand vor Gericht gefraget wird/ vnd bekennet allda/ er ſey dir etwas ſchüldig/ Oder er geſtehet ſolches auch auſſerhalb Gericht für fünff erforderten Zeugen/ ſo magſtu jhn auff diß ſein Bekentnis der gedachten Schuld halben beklagen / ob du gleich ſonſten deſſen kein anderen grund hetteſt.

Simile † hic eſt, quòd de pacto nudo in judicio facto, itemq́; de pollicitatione judiciali, tradidi *in additionibus meis ad Modeſtin. Piſtor. quæſt. illuſtr. part. 1. quæſt. 49. incip. cum quis. n. 18. ibi. qualepactum etiam jure civili. &c. & n ſeq.* 5.

CAPVT CLXXIX.

DE ACTIONE EX STIPVlatu pro dote.

Klage wegen Ehègeldes.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & quotuplex?*
2 *Forma libelli in ista actione si maritus pro dote agat.*
3 *Forma libelli in hac actione ubi mulier eiusve hæredes dotem repetunt.*

1. QVADRAGESIMA TERTIA † civilis actio super dote gemina est altera enim marito datur ad dotem à muliere vel patre ipsius exigendam altera mulieri competit, aut hæredi eius ad dotem repetendam, matrimonio scilicet vel morte alterutrius vel divortio, dissoluto.

2. Ac Maritus † quidem modo sequenti libellum formabit:

Ago Sejus contra Titium, qui cum filiam eius Semproniam ante biennium ipso consentiente uxorem ducerem, quingentos mihi aureos dotem promisit. Etsi autem aliàs quoq; dotare filiam teneatur pater, tamen & juris communis, & propriæ conventionis immemor, hactenus memoratam dotem mihi solvere distulit, quâ de causâ cum onera matrimonij sum-

tibus

tibus meis tulerim, passus sum detrimentum quadraginta aureorum, idcirco memoratos quingentos aureos & hosce quadraginta, vna cum eo quod interest, expensisq; ab eo posco, & ad hoc instituo actionem ex stipulatu pro dote.

Sic rectè libellum formari, docet Schneidevin, *in §. fuerat. 29. n. 110. instit. de action.*

Vxor autem † ubi dotem repetit, sic agere debet: 3.
Ago Sempronia adversus Titium & Caium hæredes Seij quondam mariti mei, qui ante annum & sex menses ex hac vita migravit cui ante septennium cum nuberem, in dotem dedi fundum Cornelianũ non antegressa æstimatione, peto igitur ad hunc fundum mihi una cum fructibus â tempore dissoluti matrimonij perceptis aut qui percipi potuissent, restituendum, prædictos reos condemnari, & ad hoc propono actionem ex stipulatu pro dote.

Ita rectè formari libellum, probatur *l. un. §. exactio. 15. & §. seqq. & passim. C. de rei Vxor. act.*

Wann sich zwo Personen in den heiligen stand der Ehe begeben / so haben sie beyde jhre klagen wegen des Chegeldes oder mitgifft: Als nemlich der Man wider des Weibes Vater / oder auch wider sie selbst / so der Schwecher Vater oder sie das versprochene Heyratgut oder Ehegeld jm nit entrichten vnd zuwenden wil / vermittels welcher klage er das Ehegeld sampt gebürlichen zinsen / erlittenẽ scheden vnd vnkosten erlangen kan.

Zum andern so eines vnter den Eheleuten verstorbẽ / oder sonsten bey jrer beyder leben der Ehe aus rechtmessigen vrsachen geschieden worden / so mag die Fraw oder jre Erben wider den Man / oder seine Erben auch klage anstellen vnd darinne bitten / jre mitgiffe od Ehe-

Geld/ neben den Zinsen/ Oder da es ein vnbeweglich Gut ist/ neben den Früchten von zeit des geendeten Ehestandes/ wieder außzuantworten.

CAPVT CLXXX.

DE AQVAPLVVIA arcenda.

Klage wegen abwendung des Regenwassers.

SVMMARIA.

2 *Actio hæc quæ, cui contra quem & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in istâ actione.*

1. QVADRAGESIMA QVARTA † actio est aquæ pluviæ arcendæ, quam & ipsam inter civiles Odofredus refert, rectius tamen fortassè prætoriam dixeris, ut innuunt pænè omnes legum, sub isto titulo, inscriptiones, ut ut sit, competit hæc actio domino prædij eius, cui damnum timetur, ex opere eo, quod quis manu fecit, ut aqua pluvialis aliter fluitura sit, quam natura solebat, & datur quidem adversus dominum eius loci, in quo opus factum est, eumq; in fi-

nem, ut opus reſtituatur, res in priſtinum ſtatum formamq; reducatur, ſumtibus rei ſi is fecit fierive curavit, aut ſumtibus actoris ſi tertius fecit nec reus in culpa fuerit: & ut damnum idq; quod intererſt, præſtetur, quod ſcilicet occaſione eâ poſt litem conteſtatam evenit. *l. 1. §. hæc autem. 1. l. ſi tertius. 6. §. ſi quis. 4. & §. officium. 6. & l. quanquam. 4. §. fin. & l. ſeq. l. ſupra iter. 11. §. apud Ferocem. 2. & §. Trebatius. fin. cum l. ſeq. l. Attejus. 14. §. in hoc. 2. & paſſim tot. tit. ff. de aq. & aquæpluv. arcen.*

In † hac actione, ſequenti modo libellum formabis: 2.

Ago Sejus contra Titium, qui tale opus fecit in prædio ſuo, propter quod, aqua pluvialis damnum dare poteſt agro, vel predio meo, unde opus illud in priſtinum ſtatum reſtitui, vel amoveri, damnumq;, quod poſt litem conteſtatam accidet, reſarciri peto, actione aquæ pluviæ arcendæ inſtitutâ.

Wann auff meines Nachbarn grunde vnd boden etwas gebawet / oder ſonſt mit der hand gemacht wirdet / daß das Regenwaſſer anders / dann zuuor / ablauffen vnd abflieſſen mus / dahero ich mich ſchadens auff meinem Acker oder Bodem zubefahren / ſo mag ich wider ermelten Nachbar dieſe Klage anſtellen / vnd darinne bitten / jhn zuuertheilen / daß er den Baw abſchaffe / vnd alles in vorigen zuſtand bringe / auff ſeinen koſten / ſo ers ſelbſt gemacht / oder zu machen befohlen: Oder auff meinen ſo es ein ander gethan / vnd er keine Schuld dran hat / vnd ſo er ſich deſſen wegert / alſo

das er es zum stande des Rechtens vnd zur Kriegsbefestigung kommen lest/hefftestu in dem Klagliebel mit an eine anruffung des Richterlichen Ampts / vnd bittest auch zuerkennen/ das er den schaden / welcher dir von zeit der Kreegsbefestigung durch obbenenendten Baw begenet/zuerstatten schüldig sey.

CAPVT CLXXXI,

DE PASTV PECORIS.

Klage so einem zu Schaden gehacet worden.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ, & ad quid competat?*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Glandis nomine quid in jure notetur.*
4 *Pecoris nomine quid intelligatur.*
5 *Actio alia quæ hodie ex isto capite competat?*

QVADRAGESIMA QVINTA † civilis actio est antiquissima, nam ex duodecim tabularum legibus profecta est, & ei in cuius prædium sive fundum immissa sunt pecora, oves, aut alia id genus animantia, ut frumentum, glandes aliosve fructus eius depascant, competit, adversus eum, qui immiserat, qui damnum illud resarcire tenetur, & isthæc quidem de pastu pecoris proprio hoc appellata est nomine. *l. qui servandarum* 14. §. *Si glans.* 3. *& ibi Gothof. in verb. non in tuo. ff. de præscript. verb.* & ut credibile est cum actione de pauperie â decemviris coniuncta, *Cu-*

iac.

iac. in not. ad Iul. Paul. sent. lib. 1. tit. 15. si quadrupes dam. intul. in §. 1. vers. simul autem. &c. quæ fortè causa est, ut singularis in pandectis nostris in hanc rem non sit perscriptus titulus.

Iure Saxonico ultra damni compensationem etiam mulcta parti solvendi sunt tres solidi. *Paul. recept. lib. 2. art. 47. inctp.* Wer fein Viehe. *& ibi glossæ. Zobel. part. 2. diff. 34.*

Forma libelli † talis est: 2.

Ago Sejus contra Titium, qui pecora sua in fundum meum immisit, atq; ibi frumentum meum depavit, quod equidem detrimentum æstimo decem aureis, quos præstari mihi ab eo peto, actione de pastu pecoris institutâ.

Quod ita ritè libellus formetur, probatur dictis fundamentis.

Intelligendum † est autem nomine glandis comprchendi omne genus fructuum, *l. un. §. 1. ff. de glande leg.* Sicuti † & pecoris, omnia animalia quæ pascuntur. *l. ædiles. 38. §. jumentorum. 4. & §. unde dubitari. 6. ff. de ædilit. edict.* 3. 4.

Hodie † etiam furti actio hisce in speciebus locum habet, pro qualitate tamen delicti. *text.* Peinlich Halsgerichtsordnung *cap. 167. tit.* von Früchten vnd Nützen auff dem Felde. *Georg. Remin. nemesi Carolinâ eod. cap.* 5.

Wann du deine Schaffe / Kühe / oder ander Vich auff meinen Acker getrieben / vnd denselben abgehütet hast / kan ich dich durch diese klage vmb erstattung des zugefügten schadens beklagen: vnd nach Sachsen recht mustu mir darneben drey Schilling busse geben.

CAPVT CLXXXII.

DE ACTIONE ex teſtamento.

Klage aus einem Teſtament.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Actiones quæ & quot legatarijs & fideicommiſſarijs competant.*
4 *Actionibus pluribus ſuper legato experiri ſimul non licet.*

1. QVADRAGESIMA SEXTA † civilis actio eſt, ſi cui teſtamento alterius legata aut fideicommiſſa relinquantur, petit illa ab hæredibus actione ex teſtamento.

In † qua ſic libellum forma.

2. Ago Sejus contra Titium hæredem Sempronij, qui mihi teſtamento ſuo legavit domum ſuam in vico Divi Petri inter Caij & Mævij ades ſitam, eam mihi peto dari, & ad hoc propono actionem ex teſtamento.

Sic rectè formari libellum probatur *l. cum hi. 1. in pr. ibi. personalem actionem. & c. C. commun. de legat.* Quod si in morâ solvendi legati fuerit hæres, interijcies libelli formulæ, clausulam istam: *eam mihi peto dari cum fructibus perceptis & percipiendis.*

Nota † etiam, quòd plures legatorio vel fideicommissario, pro consequendis legatis vel fideicommissis, actiones competant, primum hæc ex testamento personalis, deinceps rei vindicatio: tertiò utilis seruiana, id est hypothecaria. *text. in d. l. 1. C. comm. de legat.* item certi condictio ex legati causâ. *l. certi condictio. 9. §. competit. 1. ff. de reb. credit.* Vna † tamen 4.
harum susceptâ & deductâ, alijs uti fas non est, nam varijs actionibus legatorum, simul uti legatarius non potest, quoniam non eâ mente datum est, ei pluribus actionibus uti, sed ut laxior sit agendi facultas. *l. cum filius. 76. §. varijs. 8. ff. de legat. 2.*

Wann jemand in seinem Testament dir etwas vermacht/ oder den Erben dir zu geben befohlen/ oder gebeten hat/ so hastu diese klage wider den Erben anzustellen / daß er dir dasselbe neben den nutzungen/ so er seumig gewesen/ zu geben vertheilet werde.

Vnd hast deine Klage auff viererley weise anzustellen/ als erstlich auff das Testament / in die Person des Erben/ oder fürs andere eine rei vindication, auff das ding/ so dir vermacht ist. Oder zum dritten/ auff ein pfand so du an allen des verstorbenen Gütern hast/ biß du des vermechtnis von dem Erben befriediget wirdest / oder endlich auch conditionem certi, das vermachte Gut vom Erben gleichsam anfündigungs weise abzufordern. Vnter diesen magstu wehlen zu wel-

cher du wilt/vnd dann magstu die andern nicht gebrauchen/so du die eine vorführet/vnd das vermachte Gut bekommen hast.

CAPVT CLXXXIII.

DE ACTIONE EX stipulatu.

Klage wegen einer Vorsprechung.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. QVADRAGESIMA SEPTIMA † civilis actio est, si quis stipulanti tibi promittat aliquid, cuius judicatio incerta est, veluti domum ædificare, codicem conscribere, fossam fodere, & id genus alia facta; item hominem generaliter sine proprio nomine, vinum frumentumue sine qualitate. in hisce & similibus casibus competit tibi adversus eum actio ex stipulatu. *Instit. de verbor. obligat. in pr. l. ubi autem. 75. §. ergò 1. ff. de verbor obligat*

2. In hac † actione sic libellum formabis: Ago Sejus contra Titium, qui stipulanti mihi promisit centum modios Tritici, quos cum nondum mihi dissoluerit, atq; etiamnum dissoluere abnuat, peto eum ad solutionem condemnari, eamq; in rem instituo actionem ex stipulatu

Sic

Sic rectè formari libellum probatur *d. l. ubi autem. §. ergò. & ibi glos. in verb. sine qualitate.*

Es ist in den Keyserlichen Rechten eine sonderbare vorpflichtung erfunden/ so genennet wirdet stipulatio, möchte in vnser deutschen Sprache genennet werden vorsprechung / dann dieselbe dergestalt auffgerichtet wirdet / daß allezeit einer zum andern vor herspricht / vnd fraget: Verheissest du mir das? darauff antwortet jener/ja/ich verheisse es dir/ oder ich sage es dir zu/ Item wiltu mir ein Hauß bawen? ein Pferd geben? ein scheffel Korn verehren? vnd der andere antwortet / ja ich wils bawen / wil dir ein Pferdt geben/ verehre dir ein scheffel Korn/ etc. Wie hievon zu lesen ist in §. in hac re. 1. Instit. de verb. obligat. Dann dieser contract, vnd verpflichtung kan zu allerley hendeln gebrauchet vnd bequemet werden / bey etzlichen ist er auch notwendig / als wann einer für jemand gegen einem Bürge werden wil/ kan solches anderer gestalt nit geschehen / als durch diese stipulation oder vorsprechung.

Da nun jemand dir solcher gestalt etwas versprochen / dessen werth doch nicht gewis geschetzet worden/ oder dasselbe sonsten nicht gnugsam benennet / daraus zu spüren were/ was/ vnd wie es sol geleistet / oder gegeben werden/ als wann dir einer versprochen ein Pferd oder einen Ochsen zu geben / vnd doch nicht gezeiget/ oder sonsten beschrieben / welch oder was es für ein Pferd/ oder Ochse sein sol / hastu diese Klage zu erlangung desselben wieder jhn anzustellen.

CAPVT CLXXXIV.

DE ACTIONE EX STIPVlatu arbitraria.

Wilkührliche Klage wegen einer Vorſprechung.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. QVADRAGESIMA OCTAVA † civilis actio eſt ſi quis tibi ſtipulanti daturum ſe facturumvè aliquid loco certo promiſit, neq; id præſtat, competit tibi adverſus eum actio ex ſtipulatu arbitraria, ſi res promiſſa incerta eſt, nam ſi eſt certa, certi condictio competet ex ſtipulatione arbitraria.

2. Sic † autem libellum formabis: Coram te domine judex Ago Sejus contra Titium, qui ſtipulanti mihi, centum boves viginti heîc Lipſiæ nundinis hiſce autumnalibus anni huius 1601. dare promiſit, nunc autem eos non heîc ſed Poſnaniæ in poloniâ tradere vult, quæ res magno mihi cedit incommodo, meaq; intereſt ad mille aureos boves eos non Poſnaniæ ſed Lipſiæ mihi hoc tempore promiſſo dari, quare ad boves iſtos heîc mihi ſolvendos, aut prædictam eius,

quod

quod meâ interſit, ſummam, una cum expenſis, eum arbitrio tuo condemnari peto, eamq; in rem propono actionem ex ſtipulatu arbitrariam.

Sin certa res ſit, veluti ſi centum aureos Lipſiæ dare promiſit, eosq; Francofurti ad Mænum ſolvere vult, eodem modo, ut in præcedenti formula factum expones, tandemq; petitione ſubiectâ addes, *eamq; in rem propono certi condictionem ex ſtipulatu arbitrariam.* Sic formandum libellum probetur. *l. 1. & tot. tit ff. de eo quod certo loco.*

Wann dir einer etwas verſprochen hat/ an einem gewiſſen ort zu zahlen/ oder zu lieffern/ vnnd thut es nicht/ beſondern wils an einem andern Ort erlegen/ vnd leiſten/ ſo haſtu dieſe Klage deßwegen anzuſtellen/ dorinne des Richters Willkühr anheim geſtellet wirdet/ wie vnd welcher geſtalt er/ den beklagten/ des intereſſe halber/ vnd das er dir das verſprochene ding an benendtem Ort nicht leiſtet/ oder lieffert/ vertheilen wil.

Zum Exempel/ es hette dir einer verſprochen allhie in Leiptzig ein tauſent Gülden Meißniſcher wehrung zuerlegen/ numehr aber wil ers daſelbſt nit thun/ beſondern zu Franckfurt am Meyn/ etwa darumb/ dieweil die Sorten/ damit er dich befridigen wil/ zu Franckfurt höhers werths/ als zu Leiptzig/ Oder aber weil du dich hierauff verlaſſen/ vnd ander Geld zu deinem Handel nicht mit genommen/ das er dich engſtige/ vnd du jhm auff Wechſel geben/ oder die Sorten höher/ dann allhie breuchlich/ oder vrgangbare Munße nemen ſolleſt/ in ſolchen vnd dergleichen fällen haſtu dieſe klage darauff vnd auff dein intereſſe zu richten.

Plura de hac actione vide *tot. tit. ff. de eo quod certo loco. & ibi Matth. VVesemb. in paratit.*

CAPVT CLXXXV.

DE ACTIONE EX STIPVLATV ex tempore præsumtâ

Klage wegen einer Vorsprechung/so aus langwiriger zeit vermutet wirdet.

SVMMARIA.

2 *Actio ista quæ sit.*
2 *Forma libelli in istâ actione.*

1. QVADRAGESIMAE NONAE † civilis actionis locum constituere potest illa, non quidem vera, sed ex temporis diuturni conjecturâ, quasi nata stipulatio: nam si quis per decem annos inter præsentes, aut viginti inter absentes, certam pensionem exsolvat, præsumitur intercessisse stipulatio, quocirca si, post memorata temporum decursa spacia, is qui solverat antè deinceps præstare neget, agi adversus eum ex hac præsumta stipulatione poterit. *text. in l. cum de in rem verso. 6. ff de usur.*

2. In istâ igitur actione sic libellum conformabis. Ago Sejus contra Titium, qui ultra annos decem

mihi ſolvit tres modios tritici, anno autem præterito ſolvere recuſavit, quare ad præſtandos eos pro anno iſto & ad cavendum, ſe poſt annis ſingulis ſoluturum, condemnari eum, & competentibus remedijs urgeri peto, quàm in rem actionem propono ex ſtipulatu è tempore præſumtam.

Wenn dir jemand vber zehen Jahr gegenwertig: oder abweſend vber zwantzig Jahr jährlich einen gewiſſen Zinß oder Penſion entrichtet / vnd ſolches hinfüro nicht mehr thun wil / haſtu dieſe Klage wider jhn anzuſtellen / vermittels welcher er angehalten wirdet / denſelbigen Reſt richtig zu machen / vnd der künfftigen Termin halber gebührlichen vnd annehmlichen Vorſtand zu beſtellen.

Nach Sachſſen Rechten würde dieſe Klage alſo nicht beſtehen / denn daſſelbe dreyſſig Jahr / Jahr vnd Tag erfordert / doch köndte man verſuchen / ob der grund dieſer Klage nicht auff Verjahrung / beſondern auff Vermutung einer Verſprechung beſtimpt / wie es hie genennet wird / vnd ob alſo auch nach Sachſſen Rechte / dieſe Klage auff zehen vnd zwantzig Jahren köndte gegründet werden.

CAPVT CLXXXVI.

DE ACTIONE FVRTI nec manifesti,

Klage wegen nicht offenbarliches Diebstals.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Furti nec manifesti pæna in duplum desuetudine abijt.*

1. QVINQVAGESIMA † civilis actio est, si quis rem tuam mobilem invito te, lucrifaciendi gratiâ, contrectet, sic ut in facto non deprehendatur, tenetur actione furti nec manifesti in duplum. §. *pœna. 5. instit. de obligat. quæ ex delicto nasc. Bonifac. de furt. in verb. quod jure naturali. &c. n. 14. ibi. prætor verò æquitatem. &c.*

2. Forma libelli † talis erit: Ago Sejus contra Titium, qui equum mihi furatus est, unde duplum eius equi, præter ipsum equum (quem identidem repeto) ab Titio mihi exsolvi oro, quam in rem propono actionem furti nec manifesti.

Sic rectè formari libellum, probatur dictis fundamentis.

Sed nota † quod hæc pæna dupli in desuetudinem abierit, *Bonifac. ubi sup. n. 16. ibi. hæc tamen pæna. &c.* aliæq; hodie in fures usurpantur pænæ, de quibus perscripsimus supra *sub tit. de actione furti manifesti. cap.* 58. 2.

Tu omnino in materia furti adde his quæ ibi dixi, & remisi, Bonifacium *in d. tract. de furt. per tot.*

CAPVT CLXXXVII.

DE ACTIONE TIGNI injuncti.

Klage wegen eines Balckens so zu eines andern Gebewde kommen ist.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc qua, & ad quid competat.*
2 *Error quorundam circa hanc actionem improbatur. & n. 3.*
4 *Furtiva res ab omnibus vindicari potest.*
5 L. finalis ff. de tig. junct. *declaratur.*
6 *Furti pœnalis actio non perimit rei vindicationem & contra.*
7 *Forma libelli in hac actione.*
8 *Tigni nomine quid comprehendatur.*

QVINQVAGESIMA PRIMA † civilis actio est tigni injuncti: nam lex duodecim tabu- 1.

larum neq; ſolvere permittit tignum furtivum ædibus vel vineis iniunctum, neq; vindicare, ſed in eum, qui convictus eſt iniunxiſſe, in duplum dat actionem *l. lex duodecim. 1. in pr. ff. de tig. junct.* etiamſi quis ignorans rem furtivam eſſe, iniuxerit, puta ſi bonâ fide à fure emerit, *l. in rem.* 23. §. *tignum.* 6. *ff. de rei vindicat. §. cum in ſuo.* 29. *inſtit. de rer. divis.* quod ſi non ſit furtivum tignum, alienum tamen; ſolam tigni, æſtimationem exigere licet á bonæ fidei iunctore. nam tignum ipſum per legem duodecim tab. tantisper dum iunctum eſt, vindicari nequit. *l. qui res.* 98. §. *fin* & lex in ſolum furtivum tignum dupli exactionē cōſtituit. *l. de eo.* 63 *ff. de donat. inter vir. & uxor.*

2. † Scio aliter plerosq; exiſtimare, in duplum agi omni caſu poſſe. *Cuiac. ad d. §. cum in ſuo.* 29. *ad verb. ne quis tignum. Schneidevin. ibid. n.* 5. *ibi tamen ſtante ædificio. &c. & n.* 6. *inſtit. de de rerum divis.* & differentiam ſolam in eo eſſe, quod duplum adverſus bonæ fidei poſſeſſorem, ipſam quoq; rem contineat, contra malæ autem fidei junctorem actio merè pœnalis ſit. *ſic ſenſit Cuiac. ubi ſub. ſeductus fortè l. fin. ff. de tig. junct.*

Sed non adſentior, ſat enim eſt, quod tigni non furtivi æſtimatio ſolvatur, cum bonæ fidei poſſeſſor dici nequeat dolo poſsidere deſiiſſe, quod per legem ſolvere non licet.

3 Sed nec † VVeſembecij ſententiam ſequor, qui arbitrabatur adverſus bonæ fidei poſſeſſorem ſive junctorem tigni furtivi nomine in duplum agi non poſſe. *VVeſemb. in ſæpe dicto §. cum in ſuo. n.* 5. *ad verb. duplum pro eo. inſt. de rer. divis.* textus enim ſupra ad-

ducti aperti reluctantur, & verò relevatur etiam fun-
ctor bonæ fidei, quod ſolvere ac reſtituere vindicanti
tignum ſuis ædibus junctum non tenetur. *VVeſemb. in*
d. §. cum inſuo n. 3. in verb. vindicare. id quod † ta- 4.
men in alijs rebus furtivis facere oporteret *§. furtivæ*
2. inſtit. de uſucap. l. Si profure 7. §. furti. 1. ff. de con-
dict. furtiv.

Equidem † *l. fin. ff. de tign. junct.* quæ Cuiacio 5.
ſententiam memoratam peperit, accipio de fure ipſo,
in quem nihil prohibet, quin & dupli actio, & vindi- 6.
catio detur, neq; enim altera alteram perimit. *l ſi pi-*
gnore 56. §. cum furti 3. ff. de furt. d. l. ſi pro fure. 7.
§. furti. 1. ff. de condict. furtiv.

Intelligendum † eſt autem ex his, 7.
quod ita formari libellus
debeat:

Ago Sejus contra Titium. qui tignum, quod
mihi furtim ſurreptum eſt, ædibus ſuis junctum habet,
id coemi decem: quare decem illa in duplum ut mihi
exſolvat, eum condemnari peto, actione de tigno
juncto propoſita.

Obiter heîc nota, tigni † nomine comprehendi 8.
omnem materiam, ex qua ædificium conſtat vine-
æq; neceſſaria. *d. l. lex. 1. §. tigni autem. 1. ff de tign.*
junct.

Wann ein Balck/ Pflock/ Latte/ Stein oder Zie-
gel/ vnd in ſumma alles das jenige/ ſo zu erbawung ei-
nes Hauſes/ od anrichtung eines Weinbergs vonnöte/

jemande gestolen ist / vnd einem wird / der es in sein Haußgebewde / oder Weinberg wendet / dasselbe mag sein Herr nicht wie andere gestolene dinge von dem besitzer abfordern / damit das Gebewde oder Weinberg nicht verstümmelt / oder verderbet werde / besondern er hat diese Klage wider den Besitzer / vermittels welcher er den werth gedachtes dinges gedoppelt wider erlanget. So es aber nicht gestolen were / so fordert man den werth nur einfechtig.

CAPVT CLXXXVIII.

DE ACTIONE ARBORVM furtim cæsarum.

Klage wegen heimlich abgehawener Bewme.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Arboris nomine quid veniat.*
4 *Actiones aliæ quæ hoc casu competant.*
5 *Iure Saxonico quomodo de arboribus furtim cæsis agatur.*

1. QVINQVAGESIMA SECVNDA † civilis actio est, si quis furtim sive clàm cæsa dat arbores ignorante scilicet domino & cædendi eius causâ: datur domino in cædentem actio in duplum *l. 1. S.*

l. furtim.

l. furtim. 7. in pr. & §. fin. l. seq. & passim tot. tit. ff. arbor. furt. cæsar. VVesemb. in parat. ff. eod. n. 1. & seqq.

Forma † libelli talis esto: Ago Sejus contra Titium, qui furtim ignorante me, arborem meam, in fundo meo cecîdit, qua re mihi damnum dedit: nam arborem eam non lædi intererat meâ in decem, quæ decem ab ipso peto, eamq; in rem propono actionem arborum furtim cæsarum 2.

Sic rectè formari libellum probatur *supra allegatis legibus & maximè d. l. facienda. 8. ff. arb. furt. cæs.*

Arboris † autem appellatione quæcunq; intelligitur, etiam vitis, item hæderæ, arundines, & generaliter quicquid radices firmas habet. *latè l. vitem. 3. per tot. l. 4. ff hoc tit.* 3

Aliæ † quoq; hoc nomine actiones proditæ sunt, veluti legis Aquiliæ, item ob vitem cæsam criminaliter agitur tanquam in latrones. *l. 1. l. 2. l. cædere 5. §. huius. 1. ff. arbor. furt. cæs.* quam tamen posteriorem pœnam non usurpari ait Clarus *in practica crim. quæst. 68. incip. nunc videndâm. n. 43. ibi. vastatores & incisores. &c.* Sed extraordinariam infligi, veluti ad ictus funis, fustigationem, triremes, &c. 4.

Iure Cæsareo hodierno furti pœnæ hoc in casu infliguntur, habitâ scilicet ratione delicti. Peinlich Halsgerichtsord. *Caroli V. tit. 168.* von Dolt-stelen. *adde Georg. Rem. in paraphrasi ibid.*

Iure † Saxonico adversus hosce agitur ad æstimationem cæsæ arboris, & multæ nomine pro unaquaq; arbore læsâ præstari insuper oportet triginta solidos, 5.

lidos, hoc eſt, quadraginta hodiernos argenteos. *text. art.* 28. *incip.* Wer Holtz hawet / *lib.* 2. Land-recht. *& conſtit. electoral.* 27. *iii.* Straffe derer ſo Fruchtbare oder geſatzte Beume abhawen / *&c. part.* 4. *ubi Dan. Moller.*

Nach allgemeinen Keyſerrechten / ſo einer ſeman-des Beume / Weinſtöcke / geſatzte Weiden / etc. heim-lich abhawet / beſchelet / oder ſonſten verderbet / mag dieſe klage wider jn angeſtellet werden / dadurch gebet-ten wirdet / das er den abgehawenen oder verletzten Baum / gezwifacht bezahle.

Nach Sachſen rechte aber / vnd ſonderlich nach Churfürſtlicher Sechſiſcher Landesordnung mag die klage alſo angeſtellet vnd gebetten werden / das er den Bawm bezahle / vnd darneben dreiſſig Schillingpfen-ninge / das iſt heutigs tages zween alte ſchock oder vier-tzig Silberne groſchen / Buſſe gebe.

CAPVT CLXXXIX.

DE ACTIONE RERVM amotarum.

Klage ſo ein Ehegatte dem an-dern etwas geſtolen.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Maritus & uxor jure Saxonico non poſſident bona diviſa.*
3 *Forma libelli in hac actione. & n.* 4.

QVIN.

QVINQVAGESIMA TERTIA † civilis actio est si uxor marito, aut maritus uxori cogitatione futuri divortij, quod & postea consecutum est, *l. rerum quidem. 25. in pr. ff. rer. amot.* aut quòd de vita conjugis desperasset, aliquid surripuerit, datur adversus surripientem rerum amotarum actio, ad rem recuperandam: neq; enim furti actio competit adversus personam eam, quæ socia vitæ, & quodammodo domina fuit bonorum quæ surripuerat. *l. 1. ff. rer. amot. ubi VVesemb. in parat. n. 4. ibi. est enim hoc judicium. &c. Bonifac. de furt. in verb. animo lucrifaciendi. n. 179. ibi. nec etiam ob res. &c. gl. art. 37. incip.* [illegible] *in verb* [illegible] *lib. 2.* [illegible] recht Credo etiam, quod quodammodò non invito domino contrectare bona videri possit, maximè jure Saxonico † quo maritus & uxor divisam possessionem non habent, Mann vnd Weib [illegible] jhr Gut in jhrem Leibe. *text.* Landrecht. *lib. 1. art. 31. incip.* Man vnd Weib. *& ibi glos. nov. sublit. A. incip. in possession scilicet.* 1.

Sic itaq; † libellum in actione sta efformabis: Ago Sejus adversus Titiam, quæ cum uxor mea fuisset, stante matrimonio poculum mihi argenteum spe dissolvendi matrimonij, id quod nunc evenit, subtraxit, id valet quadraginta aureos, quare ad illud mihi restituendum, seu precium eius, si non extet, eam condemnari peto & in hoc propono actionem rerum amotarum. 2. 3.

Sic rectè formari libellum probatur. *l. 1. l. contra 6. §. item 2. l. cum mulier. 7. & passim. tot tit. ff. & Cod. rer amot. VVesemb. in paratit. ff. eod.* Adde † etiam, quòd, si non restituat mulier rem surreptam, 4.

non

non verum precium modo, sed quanti vir in litem juraverit, solvere teneatur. *l. si cum dos. 8. §. fin. & l. seq. ff. rer. amot.* quod nota, potes enim & hoc in libello adijcere, ut juramentum in litem tibi adjudicetur, quanti rem æstimes.

Wann ein Weib dem Manne/ oder auch der Man dem Weibe / in wehrendem Ehestande etwas gestolen hat / in hoffnung sie würden von einander geschieden werden / Oder der Man sey Kranck vnd komme des Lagers nicht auff/ So mag nach der beschehenen scheidung / der bestolene Theil nicht auff Diebstal/ vnnd dessen Straff klagen / Besondern er hat diese sonderbare action, vermittels welcher er bittet / jhm das gestolne Gut wieder zu geben / Oder/ auffn fall es nicht geschehen solte/ jm den Eyd auff den Krieg zuerkennen/ durch welchen er auff vorgehende messigung des Richters Schweret / wie hoch er das gestolene Ding achtet.

CAPVT CXC.

DE ACTIONE DE RATIONIBUS distrahendis.

Klage so ein Vormunden Unmündigen was entwendet hat.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ & ad quid competat. & n. 2.*
3 *Tutor quibus alijs actionibus ob rationes distractas teneatur?*
4 *Forma libelli in hac actione.*
5 *Minori contra curatorem utilis de distractis rationibus actio competit.*
6 *Curator germanicè quomodo propriè dicatur.*

QVINQVAGESIMA QVARTA † civilis actio est, de rationibus detrahendis sive distrahendis, hoc est, distractis & conturbatis: Significatione verbi ad præsentis temporis notationem accommodatâ, quæ non infrequens in jure locutio est, veluti cum dicimus testamenti faciendi, tutelæ gerendæ, litis contestandæ, rei judicand tempore. *Cuiac. in not. ad rub. Paul. sentent. lib. 2 tit. 30. qui vulgo inscribitur de oratione Divi Severi*

1.

Competit † ergò isthæc actio pupillo, posteaquam 2.

tutela desijt, *l. de omnibus. 1. §. fin. ff. de tutel. & rationib. distrah.* adversus tutorem, qui in tutelâ gerendâ rem aliquam ex bonis pupilli abstulit. *l. actione. 2. in pr. ff. eod.* in duplum: *l. tres tutores. 55. §. sed & si ipsi. 1. ff. de adminisi. tut. d. l. actione. 2. §. fin. ff. de tutel. & rat. dist.*

3. Quòd si furandi animo tutor intercepit, tenetur etiam furti item condictione ex causâ furtivâ. hæc tamen rationum distrahendarum actio furti actionem non perimit, nec contra: condictione autem perimitur sicuti & tutelæ actione aut contrà. *d. l. 1. §. in tutela. 21. & §. seq. l. actione. 2. §. quod si. 1. ff. de tut. & rat. distrah.*

Adde, quòd & ex Carolinâ constitutione, furti hoc nomine institui posse videatur actio, *per cap. 170. iit.* Straff der jenigen so mit vertrawter oder hinderlegter Waare vngetrewlich handeln/ in der Peinlichen Halsgerichts ordnung. *quatenus scilicet ibi habetur verbum* vertrawter Waare. *licet ea vox ad depotum maximè pertineat.*

4. Forma † autem libelli in hac actione sic concipietur: Ago Sejus adversus Titium, qui, cum tutor meus esset, in tutelâ gerendâ mihi abstulit corpus juris civilis glossatum editionis Gothofredianæ recentissimæ, quod hoc tempore cum compacturâ, vix quadraginta aureis, hisce in locis, anquiri potest. vel: quinquaginta thaleros, qui ex metallicis venis parentis mei statim post obitum eius ipsi exsoluti sunt, suppressit & abstulit, quare eos quinquaginta thaleros in duplum mihi restituo peto, vel pro dicto corpore in duplum condemnari peto, & ad hoc propono actionem de rationibus distrahendis.

Quòd

Quod ita rectè formetur libellus, probatur *d. l. 1. §. rationibus. 19. & §. seqq. & ceteris supra allegatis legib. ff. hoc tit.*

Wann du einen Vormund in deinen vnmündigen Jahren gehabt hast / vnd derselbe hat in gepflogener Vormundschafft dir von dem deinen etwas vntergeschlagen / vnd nach geendeter Vormundschafft nit außgeantwortet / so magstu diese Klage wider jhn anstellen / vermittels welcher er dir das vntergeschlagene vnd behaltene Gut gezwifacht wider geben / vnd erstatten mus. Er mag auch derowegen als wegen diebstals beklaget werden.

Nota etiam, † quod vtilis hæc actio detur minori adversus curatorem, si quid rerum ipsi interverterit, itemq; utilis negociorum gestorum. *VVesemb. in parat. ff. de tutel. & rat. distrah. n 7. ibi. utrag; autem hæc actio. &c. per l. si curator. 3. C. arbit. tutel. & l. alterius. 20. ff. de tutel. & rat. distrahend.* 5.

Merck das nicht allein der Vnmündige / so einen Vormund gehabt / besondern auch ein minder Jähriger / der einen Vorsorger † oder Vorsteher gehabt hat / (also nennet jhn die Glossa Landrecht. art. 31. incip. Man vnd Weib. in gl. 1. n. 4. ibi. merck auch diesen vnterscheid. &c. lib. 1.) wider ermelten Vorsorger oder Vorsteher diese Klage anstellen mag. 6.

CAPVT CXCI.

DE ACTIONE DIRECTA
Legis Aquiliæ.

Klage wegen zugefügtes Schaden.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ, & ad quid competat?*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Actiones aliæ quæ hoc casu competant.*
4 *Animalis occisi nomine quomodo, & ad quid jure Saxonico agatur.*

1. QVINQVAGESIMA QVINTA † civilis actio est, si quis servum servamûe alienum alienamvè quadrupedem vel pecudem injuriâ occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuerit, tantum pecuniam domino dare tenetur: ceterarum autem rerum præter hominem & pecudem occisam, si quis alteri damnum fecerit, quidve usserit, fregerit, ruperit injuriâ, quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantam domino pecuniam tenetur exsolvere. *l. legis. 2. in pr. l si servus. 27. §. tertio autem. 5. ff. ad l. aquil. & passim eo tot. tit. & Cod. eod.* quod si negaverit reus se fecisse damnum, modo supra dicto, & postea fuerit convictus, damnatur in duplum. *l. inde Neratius. 23. §. hæc actio. 10. ff. ad. L. Aquil. §. fin. instit. eod.*

Sic

Sic autem † libellus formabitur: Ago Sejus contra Titium, qui equum meum taleminjuriâ occidit, is hoc anno quinquaginta valuit: vel in vinea mea fregit quindecim vites, qui proximis triginta diebus valuissent decem. quare prædicta quinquaginta, aut decem mihi ab eo solvi peto, & si, quod tamen non spero, inficiatus factum fuerit in duplum summæ memoratæ condemnari cum oro. atq; in hæc propono actionem legis Aquiliæ directam. 2.

Wann Jemand deinen Leibeigenen / oder ein Vierfüssig vnnd ander Thier zur vngebühr vmbgebracht / oder ausser dieser beyder felle dir sonsten vnbillicher weise Schaden gethan / als so er dir etwas verbrandt / zubrochen / zerrissen / hastu diese Klage wider jhn anzustellen / darinn du bittest / daß er dir den Leibeigenen / oder das Vieh bezahle auffs theweriste / als es diß nechste Jahr: Das andere aber / als es binnen den nechsten dreissig Tagen / jemals hette gelten können.

Nota † tamen, quòd ille, cuius servus occisus est, possit quoq; capitalis criminis reum occisorem facere, §. *liberum*. 11. *instit. ad L. Aquil.* iteminjuriarum actionem in hac & plerisq; alijs huius actionis speciebus competere, non est incognitum, adeo ut ea quoq; cum hac actione cumulari queat. *Mynsing. cent.* 1. *obs.* 25. *incip. cumulatio actionis. in pr. Matth. VVesemb. in paratit. ff. ad L. Aquil. inst.* saltem ut id, quod minus in unâ est, alterâ adipiscatur. *l. qui servum.* 33. *in pr. ff. de obligat. & act.* nam diversæ actiones sunt, 3.

& ex diversis fontibus, sive causis manāt. *l. item apud. 15. §. si quis servo. 47. ff. de injur. Speculat. eod. tit. §. scias ergò. 1. n. 17. (in fi.)*

Man kan wegen eines entleibten Knechtes auch Peinlich/ zugefügter schmach vnd injurien klagen.

4. Nach Sachsenrecht / wann jemand ein Thier erschlagen ist/ hat ein jegliches sein gewis wehrgeld/ davon hastu zu lesen im Landrecht *art.* 51. *incip.* Nun vornempt. *lib.* 3. *Zobel part.* 4. *diff.* 9. & 10 *per tot.* Jiemman geltetes mit seins gleichen. *Reinhard. lib.* 2. *part.* 5. *de penalib. diff.* 12.

CAPVT CXCII.

DE ACTIONE SI QVADRVpes pauperiem fecisse dicatur.

Klage wann ein Vnvornünfftig Thier schaden gethan hat.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in hac actione.*
3 *Exceptiones contra istam actionem & n. 5. 6. 7.*
4 *Libellus quando verè ineptus sit.*
5 *Animali damnum dante quomodo agatur & procedatur jure Saxonico.*
9 *Animali pauperiem faciente quid novella constitutione imperiali provisum.*

QVINQVAGESIMA SEXTA † civilis actio est, si quadrupes, aut aliud animal, etiam bipes, pauperiem, hoc est damnum citra injuriam, (quam facere nequit animal sensu carens) fecerit, datur in eum, cuius animal, nunc cum agitur, est, hæc actio vel ut detur animal, quod noxiam commisit, vel ut æstimatio noxiæ præstetur. *l. 1. in pr. & passim tot. tit. ff. si quadrup. pauper. fecisse dicat.* 1.

Quod si inficiatus fuerit reus animal suum esse, non potest liberari deditione noxæ, sed compensare tenetur damnum in solidum. *l. 1. §. interdum. 15 ff. d. tit.*

Libellus † ita formabitur: Ago Sejus contra Titium, cuius equus percussit equum meum, in quo damnum dedit viginti aureorum, eos peto, aut equum mihi dedi. 2.

Sin autem interrogatus in jure, responderit, equum suum non esse, addes, & si suum negaverit esse equum, peto eum non liberari noxæ deditione, sed damnum ut præstet mihi in solidum.

Ita rectè formari libellum, probatur dictis legib

Wann dir eines andern zahmes Thier schaden zugefüget hat / magstu diese Klage wider den Herren solches Thiers anstellen / zu dem ende / daß er dir den Schaden erstatte / oder das Thier / so dir den schaden gethan / vbereigne. So er aber verneinen würde / daß das Thier sein sey / vnd du vberführest jhn das mit rechte / so kan er sich mit vbergebung des Thiers nicht loß wircken / besondern er mus dir den vollkommenen schaden erstatten / darauff du denn also die Klage vnd Bitte richten magst.

Excipi

3. Excipi † contra istam actionem potest, quòd non commotum sit animal feritate contra eius generis communem naturam, damnum fecerit, sed genitalis ea animantis sit feritas. *l. 1. §. itaq; 4. & §. & generaliter. 7. ff. hoc tit.* Sed tamen, quia aliæ tum actiones competunt, veluti in factum, aut damni injuriâ *ead. l. 1. d. §. 4. & 7.* parum utilis hæc exceptio, nisi ut petitio elidatur, & libellus tanquam ineptus rejiciatur.

4. nam † libellus ille, in quo ad narrata non potest consequi petita condemnatio, haud dubiè ineptus est. *Modestin. Pistor. cons. 57. incip.* in sachen den Acker betreff. *n. 10. ibi.* dann meines bedünckens. *&c. lib. 1.* cui tamen defectui in hac specie, facilè medetur clausula illa salutaris, de qua supra *cap. 171. de pignorat. act. directâ. n. 8. (in fin.) dixi.*

5. Excipi † secundò potest, quod actor ipse in se feram protitavit. *VVesemb. in paratit. ff. hoc tit. n. 4. vers. quòd si quis ipsius in se. &c.*

6. Excipi † tertiò posset, quòd damnum datum à ferâ sit, quæ in custodiâ fuerit negligentius asservata tum enim non hac actione sed ex ædilitio edictio agitur. *l. hi enim. 40. § 1. & ll. seqq. ff. de ædilit. edict. VVesemb in parat. ff. si quadrup n. 4. vers. quod si verò &c.*

8. Item † quartò excipi posset, quod factum non ad hanc, sed legis Aquiliæ actionem pertineat. *VVesemb ubi sup.* verum istæ exceptiones sunt eius generis cuius prima, & hæc etiam posterior, contra excipientem magis est quam pro ipso.

Missas igitur eas facio, & quid hodierno jure in hisce casibus constitutum sit, paucis explicabo.

Iure Saxonicò si mansuetum animal, ut equus, vacca & similia: noceant alicui, & dominus id faciens retineat, non potest dedendo animal à præstatione damni liberari: sin ignoret, tantisper integra ipsi manet supra memorata juris communis electio, consilium tamen, & vere consuetudinis quoq; est, ut, simulac damnum ab eo datum esse comperiat illud judici tradat, nam tum liberatur. 80

Quod si non sit cicurum animal, & nocuerit alicui, dominus dedendo noxæ, aut expellendo animal, non liberatur. *text.* Landrecht. *lib.* 2. *art.* 40. *incip* Wess L. und Eberschwein *& ibi glossæ. Fachs. lib.* 1. *diff.* 68. *& ibi additio per tot. Reinhard. lib.* 2. *part.* 5. *de pœnalib. diff.* 17. *tit. si quadrup. pauper. fecis. dic. adde Zobel. part.* 4. *differ.* 8. *incip ex articulo. n.* 1. *ibi. sed nihil disponitur. &c.*

Licitum quoq; est animal, quod in faciendâ pauperie deprehenditur, pignorare & retinere, donec dominus pro damno satisfaciat arbitrio atq; æstimatione boni viri.

Quòd si tale sit animal, quod pignorari nequeat, ut equus pavidus aut ferox, anseres, apri, testes quibus ab animalibus istis pauperiem factam esse probetur, advocare licet & animalia sequi usq; ad dominiçdes. *text. art.* 47. *incip.* Wer seinz iehe, *vers.* ist der aber da nicht. etc. *& vers.* Ist aber das Viehe also gethan. ect. *lib.* 2. Landrecht. *Fachs. lib.* 1. *diff.* 69. *Reinhard. lib.* 2. *part.* 5. *de pœnalib. diff.* 18.

Sed & abigere canibus licet animalia pauperiem facientia, si capi nequeant, non obstante, quòd damnum eis dari per canes possit. *d. art.* 40. *in fin. lib.* 2. Landrecht. Et hoc ne, an priore remedio uti velit is, cui pauperies facta in arbitrio eius est. *gl. nov. d. art.* 47. *ad lit. C. incip. alibi dicitur. lib.* 2. Landrecht. *Fachs. d. diff.* 69. *n.* 4. *ibi. quod si eiusmodi animalia. &c. Vide pluribus hac de re differentes; Schneidevin. in §. fin. n.* 5. *ibi. porrò circa textum. &c. Instit. ad L. Aquil. Coler. de processib. executiv. part.* 1. *cap.* 3. *incip. viso de manu. n.* 64. *ibi. primò namq; licet de jure communi. &c. & n. seqq.*

9. Constitutione † quoq; Imperiali sancitum, ut qui feram habeat, quæ noceat, hominem aliudvè occidendo, aut pauperiem faciendo, arbitrariè puniatur, maximè si ante monitus á judice fuisset, ut illam dimitteret, Peinliche Halsgerichts-ordnung. *Caroli V. cap.* 136. *tit.* So einer ein schedlich Thier hette das Jemand entleibt. *Georg. Rem. in nemesi carolinâ eod. cap.* 136. *ubi vide bonam remissionem.*

Nach Sachssen Rechte / Wann ein Zahm Thier jemand Schaden gethan / vnd sein Herr behelt es wissentlich / so verleurt er die Wahl / so in gemeinen Rechten allein durchs verneinen verloren wirdet / nemlich er kan das Thier nicht von sich stellen / vnd damit loß werden / besondern er mus den schaden vollkömlich gelten.

Da es aber ein Wild schedlich Thier ist / als Affen / Beeren / Wölffe / böse Hunde / so mus der Herr desselben / er wisse oder wisse es nicht / allzeit den Schaden gelten.

Vnd mögen die Thiere so Schaden thun gepfendet / oder so man sie nicht pfenden mag / (als Pferde / die Wilde oder schew sein / oder Gense / oder Schweine) mit Hunden abgetrieben werden / Item es mag der dem der Schade geschehen / zween Mann darzu laden / jhnen den Schaden beweisen / vnd dem Viehe nachfolgen in seines Herren Hauß / jhn also dann widerumb beschüldigen / vnnd die besserung des Schadens obangeregter massen fordern.

Nach newen Keyser Rechten / Wann jemand ein Schedlich Thier hat / das jemand entleibt / oder sonsten schaden thut / wird er willkührlich gestrafft / beuoraus so er zuuor von der Obrigkeit gewarnet worden were.

CAPVT CXCIII.

DE ACTIONE INIVRIARVM ex Lege Cornelia.

Injurien Klage ſo aus Cornelij Geſetz herfleuſt.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ, & quibus caſibus competat?*
2 *Forma libelli in hac actione.*

1. QVINQVAGESIMA SEPTIMA † civilis actio eſt injuriarum ex Lege Corneliâ, quæ in iſtis caſibus competit quibus injuriâ manu ac re fit, ut quando quis pulſatus, verberatus, aut domus eius vi introita eſt. *l. lex Cornelia. 5. in pr ff. de injur.*

2. In illâ † actione ſic libellus formabitur:

Ago Sejus contra Titium, qui injurioſè & violenter intravit domum meam, vel pulſavit me ſive verberavit, quam injuriam nollem pati pro mille aureis, quare peto, &c. Cetera forma, ut ſupra ſub titulo de actione injuriarum capite præſcripſi, unde

etiam addes reliqua, quæ ad hanc materiem injuriarum desiderabis.

Wann jemand dich gestossen/ geschlagen/ oder in dein Hauß mit gewalt gegangen/ hastu dich dessen als einer Thetlichen Schmach wieder jhn zubeklagen/ vnd magst die Klage formalisiren in aller massen wie droben/ vnter dem Tittel von injurien Klage mit mehrem gemeldet worden.

CAPVT CXCIV.

DE ACTIONE CONTRA magistratum.

Klage wider Obrigkeit/ so in bestallung eines Vormundes nachlessig gewesen.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ, & quibus casibus competat?*
2 *Forma libelli in hac actione.*

QVINQVAGESIMA OCTAVA † civilis actio est, si magistratus, appellati, tutores non dederunt, aut dederunt quidem, vel nominârunt, sed minus idoneos, vel etiam cautionem non exegerunt; 1.

aut non satis idoneam, datur in eos actio utilis subsidiaria, quando scilicet pupillus excussit tutorum curatorum & fidejussorum facultates, *text. in l. in ordinem. 1. in pr. & passim per tot. eam l. & alijs legib. sub tit. ff. de magistratib. conveniend. VVesemb. in paratit. ibid. n. 1. & 2.*

4. Qua in actione sic formabis libellum: Ago Sejus adversus Titium, qui cum gereret civitatis meæ magistratum, & fuisset sæpius interpellatus à Sempronio propinquo meo, ut daret mihi tutorem, vel curatorem dare neglexit vel distulit: vel dedit tutorem sive curatorem minus idoneum, vel non exegit satisdationem, vel exegit quidem, sed minus idoneam, qua ex re damnificatus sum in centum aureos, quos ab eo mihi præstari & solvi peto, hac contra eum actione de magistratibus conveniendis propositâ.

Quod sic rectè formetur libellus, probatur. §. *sciendum. 2. instit de satisdat. tut. ubi Schneidevin. & fundamentis ijs quæ supra in medium adduxi.*

Wann die Obrigkeit oder Richter, darunter du gesessen, vngeachtet er von deinen Freunden offt darumb ersuchet, dir keinen Vormund oder Vorsorger bestellet hat, oder zwar bestellet aber nicht einen tüchtigen, oder entweder keinen oder doch nicht gnugsamen Vorstand von jm angenommen, vnd du kanst dich an dem gewesenen Vormunde deines schadens, so dir hieraus entstanden, nicht erholen, so magstu ermelte Obrigkeit oder Richter deßwegen belangen, wieder jhn diese Klage anstellen, dadurch er vertheilet wirdet, dir ermelten Schaden zuerstatten.

CAPVT

CAPVT CXCV.

DE ACTIONE VEL ACCVsatione ingrati.

Klage wegen vndanckbarkeit.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ.*
2 *Forma libelli in actione ingrati contra libertum.*
3 *Forma libelli in actione ingrati adversus filium.*

QVINQVAGESIMANONA † civilis actio est: si libertus est ingratus erga patronum suum, vel filius emancipatus patri: revocatur libertus in servitutem, & filius in potestatem patris, per actionem vel accusationem ingrati. *l. si manumissus. 2. C. de libert. & eorum lib. l. un. C. de ingrat. lib.* 1.

Qua in actione sic libellum formabis: Ago Sejus adversus Titium, libertum meum, qui alimenta mihi denegavit, cum egerem, vel talem mihi injuriam intulit, nam me verberavit, vel turpia verba mihi dixit, puta latronem vel cucurbitam me vocavit, unde ipsum in servitutem peto; & ad hoc propono actionem ingrati.

3. Filius † autem in potestatem patriam ubi revocandus est, sic libellus formabitur : Ago Sejus contra Titium filium meum, quem emancipavi quidem ante biennium, verum is ingratuis exstitit in me, nam nuper me verberavit, aut latronem me appellavit, quocirca rescissâ emancipatione, cum in potestatem meam repeto, & ad hoc propono actionem ingrati, vel officium judicis imploro, quod melius est, *per d. l. un. C. de ingrat. lib.*

Hisce modis rectè in unoquoq; casu formari libellum probatur dictis legibus.

Wann du einen Leibeigenen / oder Sohn hast / vnd macheſt den Leibeigenẽ frey / oder leſſeſt den Sohn aus deiner Väterlichen Gewalt / Sie erzeigen ſich aber vndanckbar gegen dir / als ſo ſie dir vnterhaltung verſagen / oder dich ſchlagen / oder hefftig an deinen Ehren ſchenden vnd ſchmehen / ſo magſtu dieſe Klage wider ſie anſtellen / vnd darinne bitten / jhre freyheit auffzuheben vnd ſie wider in deine gewalt zu geben.

CAPVT CXCVI.

DE ACTIONE EX LEGE diffamari C. de ingen. manumiſs.

Klage ſo jemand von einem andern etwas außgeſprenget.

SVMMARIA.

1 *Actio hæc quæ, & ad quid competat.*
2 *Forma libelli in hac actione.*

SEXAGESIMAE ciuilis † actionis locum obtinere poteſt celebris illa & frequentiſsima in foro actio, qua is, qui alterum diffamavit, de crimine, aut alio facto per ſe quidem non criminoſo, ſed quod tamen in ignominiam vel incommodum diffamari cedit, convenitur & petitur in foro eius, quem diffamavit, crimen ſeu factum illud, quod diffamavit, legitimè probare, aut ſi id non valeat ut perpetuum ipſi ſilentium, ſuper ea re imponatur. *text. in l. diffamari. 5. C de ingen. manumiſs.* 1.

Forma † libelli talis erit: Propono Sejus contra Titium, qui coram multis egregijs viris me diffamavit, quod ipſi mille aureos debeam neq; eos exſolvere velim: vel quòd cum ipſius filiâ legitima ſpon- 2.

fa'ia de præſenti contraxerim eaq; conſumare ductione in domum & templum (vulgo [illegible] recuſem qua in re ſummam mihi injuriam facit, peto igitur eum hûc citari, eiq; præfigi certum terminum, intra quem prædictas diffamationes ſuas probet, & ſi deficiat (id quod dan e deo haud dubiè fiet) petpetuum ei ſilentium impo i vel: peto eum ad veſtrum tribunal, ad probandam dictam diffamationem, ſub interminatione perpetui ſilenti jcttari & hanc in rem propono actionem *L. diffamari. C. de ingen. manum.* Sic rectè formam libellum probatur cad. l.

Wann einer von dir außgeſprenget hat eine vbelthat/ oder ſonſten etwas/ das dir zu verkleinerung/ nachtheil/ oder ſchaden gerahten mag: ſo haſtu dieſe Klage wider jhn anzuſtellen/ vermittels welcher du bittеſt/ jhn für deinen Richter (diß Priuilegium hat dieſe Klage daß der beklagte für des Klegers Richter geſtehen mus) zu laden/ daß er bey Straff eines ewigen Stillſchweigens erſcheine/ vnnd das jenige/ ſo er von dir außgeſprenget/ wie recht darthue.

De requiſitis & alijs ad hanc actionem pertinentibus vide apud *Cæſar. Contard. ſolemni repetitione huius l. diffamari. Item And. Gail. lib.* 1. *obs.* 9. *incip. conſtitutio. & obs.* 10. 11. 12. heîc enim omnia percenſeri atq; ab alijs tranſcribi, & longum nimis, & minus ingenuum foret, præſertim cum tyronibus tantum initia & quaſi ſtatuæ cuiusdam mercurialis vice, viam fontesq; exercendi juris ad-

ditioni-

ditionibus hiſce monſtrandos ſuſcepimus. Atq; hac ratione finis quoq; impoſitus eſto quartæ huic & ultimæ claſsi civilium actionum. Coronidis loco adijciam duas formulas unam accuſationis criminalis, alteram in materia feudali.

CAPVT CXCVII.

DE ACCVSATIONE criminali.

Peinliche Anklage.

SVMMARIA.

1 *Criminales accuſationes redactæ ſunt ad inſtar civilium judiciorum.*
2 *Forma libelli in accuſatione criminali.*
3 *Ad orturam quomodo procedatur & quemadmodum ea pergatur remiſſivè.*

CVm de plerisq; delictis atrocioribus publica in jure noſtro prodita ſint judicia, legibus videlicet certis de unoquoq; crimine rogatis, & non minus puniri crimina oporteat, quam civiles debiti & id genus actiones expediri, placet generalem præſcribere libelli formulam, qualis ad omne genus delicti mutata ſaltem facti narratione

accommodari queat. Id quod perfacilè fieri abs quo-
vis tantum non omninò hebeti poterit, præsertim qui
1. in civilium actionum formulis quas adhuc perscripsi-
mus, paulalum sit versatus. nam criminales accusa-
tiones ferè hodie redactæ sunt ad instar civilium actio-
num. *Bald. in l. un. n. 4. vers. in contrarium facit. &c.*
C. de lit. contest. VVesemb. in instit. de publ. judic. in pr.
n. 10. vers. tamen hæc, &c.

2. Sic itaq; † formari libellus in accusatione crimi-
nali poterit: Ago Sejus contra Titium, qui fratrem
meum proximo mense Martio huius anni 1601. ante
portam Petrinam in areâ eâ, qua itur in vicum Cauzij
vulgò appellatum, dolo malo occidit, cum ergò jure
tàm divino quam humano huiusce modi homicidia
nefaria sub pœnâ capitis prohibita sint, peto prædictum
Titium incarcerari, & ad respondendum urgeri, &
deinceps in pœnas legibus & jure harum terrarum
proditas condemnari.

Wann jemand eine Vbelthat begangen / so jhm
zu Haut vnnd Haar gehet / als Diebstal / Ehebruch /
Mord / vnd dergleichen / vnd du wilst jhn derowegen
Peinlich anklagen / so magstu im eingang die That er-
zehlen / das Jahr / vnd Monat / so wol auch den Ort /
da sie begangen / namhafftig machen / vnd bitten den
beklagten in Gefengliche hafft zu nehmen / zur ant-
wort anzuhalten / vnnd darauff vermöge der Rechte
Peinlich zu straffen / Vnd ist allhie vonnöten / die
straffe zu nennen oder namhafftig zu machen.

3. Wie man † aber mit den Gefangenen zur Pein-
lichen vnd scharffen frage kommen / vnd damit allent-

halben gebahren sol / das findestu mit mehrer außführung nach der / lenge beschrieben im Proceß Herrn **Georgij von Rotschitz** / dahin ich mich hiemit gebührter kürtze halben mit gezogen haben. Besihe auch von der Klage / so auff indicien vnd tortur gerichtet wird. *Matth. VVesemb. in paratit. ff. de accusat.*

CAPVT CXCVIII.

DE ACTIONE SVPER re feudali.

Klage wegen eines Lehen oder Ritter Guts.

SVMMARIA.

1 *Feudali jure quot genera actionum sint.*
2 *Forma libelli de jure feudali.*
3 *Feudali in quæstione quis judex ordinarius.*

1. IVre feudali † multæ sunt actiones, partim ex investiturâ manantes ut si quis se â domino abusivè investitum contendat de feudo aliquo, neq; tamen realem possessionem ab eo consequi posse: partim ex successionis jure, ut si agnatus defuncto vasallo possessori in feudo antiquo succedere velit, nec â domi-

no vel ab alio admittatur : partim ex naturâ obligationis feudalis, vt ſic nominem, vt ſi deſeruitijs cum vaſallo contendat dominus, partim ex delicto circa obligationem feudalem commiſſo, ut ſi dominus contendat vaſallum commiſiſse feloniam, ob quam feudo privandus ſit. Vnam ex omni eo genere formulam annotabo, cuius in ceteris facilis ſit imitatio.

2. Coram † vobis Dominus paribus curiæ ago Sejus, Imperatoriæ Maieſtatis procurator, contra Titium, qui feudum Sempronianum Cajo triginta millibus aureorum ſine conſenſu Domini Imperatoris vendidit, eiq; tradidit, cùm autem jura feudalia ſub pænâ amiſsionis diſertè ſtatuant, non licere vaſallo feudum ſuum ſine conſenſu domini quoquo modo pignorare, alienare, vendere, &c. peto prædictum feudum Imperatoriæ maieſtati tanquam commiſſum adjudicari, & Titium ad eius reſtitutionem condemnari.

Sic recte formari libellum in hac ſpecie, probatur c. *Imperialem. de prohibit. feudi alien. per Frederic.*

Iure Saxonico Electorali expeditior hæc res eſt, quippe quo proceſſus ſuper feudis ferè ad ordinem juris communis, redacti ſunt. *text. conſtit. 27. tit.* Von der Proceſs in Lehnſachen 10 zwiſchen dem Lehnherrn vnd Lehnman gehalten. etc. *part. 1.*

Wann in Lehenſachen ein Klagliebel vorferti-

get werden sol/ so seind ordentliche † Richter die pares curiæ, das ist/ des Hoffes ebenbürtige: die seind Ritter/ so vnter demselbigen Lehnherren auch Rittergüter haben/ vnter oder mit welchem vber einem Rittergut gestritten wirdet/ müssen also vor jhnen allein die Klagen vorgebracht werden/ vnd wird die Sache jhnen erzehlet vnd darauff gebeten zuerkennen was nach Gelegenheit desselbigen fals im Lehnrechten vorsehen ist. 3.

FINIS ADDITIONIS MAGNAE.

CAPVT CXCIX.

DE MVTATIONE ET emendatione libelli.

Von enderung vnd verbesse= rung der Klagen.

SVMMARIA.

1 *Libellus quare mutetur.*
2 *Mutatio vel emendatio libelli quid sit.*
3 *Mutare libellum jure Saxonico quando non liceat?*
4 *Cautela pro advocatis circa mutationem libelli.*
5 *Mutatio libelli quot modis fiat remissivè.*
6 *Declaratio libelli obscuri usq; ad sententiam fieri potest.*
7 *Emendatio libelli in Curiâ Electorali fit periculo expensarum.*

POsteaquam explicata est conscribendorum libellorum ratio, deinceps de eorundem mutatione atq; emendatione dicendum videtur. Nam si † fortè
1. malè concepti libelli sint, sæpius mutari solent & emendari.

2. Est † autem mutatio & emendatio libelli de jure communi concessa usq; ad litis contestationem, non etiam postea. *Vt not. inl. editia C. de eden.*

3. Sed † iure Saxonum cautum & dispositum est,

quòd sive lis contestata sit, sive non semper liceat libellum ante præstitam gvarendam emendare sive mutare, sic enim inquit der Sachsen Dietwil die gewehr vnangelobet ist/ so mag der Kleger bessern seine Klag/ vnd darnach nicht Land. *lib.* 3. *art.* 14. *& lib.* 1. *artic.* 63.

Vnde † cauti & diligentes sunt advocati, qui ab adversâ parte actrice, Guarendam exigunt, cum animadvertunt libellum minus congruè conceptum. Nam hoc ideò fit, quia mutationem libelli metuunt. *a.* 4.

Enderung vnd besserung der Klage kan nach gemeinen Rechten geschehen bis zur Kriegesbefestigung/ vnd nicht hernach/ aber nach Sächsischen Recht/ mag sie allezeit/ dieweil die gewehr vnangelobet ist/ gebessert vnd grendert werden.

Quot † modis verò fiat mutatio libelli, *vide Cyn. Salicet. & Iaſ. in d. l. edita C. de eden.* 5.

ADDITIO.

a *Libelli metuunt.*) Vide elegantem casum circa libelli emendationem etiam post guarendam præstitam apud *Modestin. Pist. lib.* 4. *quæstionum illustrium. quæst.* 155. *incip. quidam egit iniuriarum.* ubi habes † quòd declaratio libelli obscuri possit fieri non modò post guarendam præstitam, sed etiam usq; ad sententiam. 6.

In curiâ tamen electorali Lipsensi, si quis libellum mutet vel emendet etiam in primo termino licitè quidem id facit, sed condemnatur in expensis. & novâ citatione novoq; processu opus est,

Erklerung eines runckelen Klagliebels/ kan nach der Kriegsbefestigung/ so wol auch nach bestalter Gewehr biß zum Endvrthel geschehen / quod nota nuper enim in facto habui, & tibi accidere potest. Im Vol. Hessgericht zu Leipzig aber wann einer die Klage auch im ersten termino endert/ wird er in die Vnkosten verurtheilet.

CAPVT CC.

DE INDVCIIS SEV dilationibus.

Von den Fristungen oder aufschub.

SVMMARIA.

1 *Inducia ſer dilatio quid ſit? & quo caſu petatur. n. 2.*
3 *Inducia ad reſpondendum libello quæ jure communi dentur.*
4 *Dilationes poſſint a judice abbreviari, dilatari, aut penitus negari & n. 5.*
6 *Certus amplius certiorari non debet.*
7 *Dilationes quotuplices ſint?*
8 *Dilationum quæ ſit ratio in camerâ imperiali, & jure Saxonicon 9.*

2. INDVCIAE † ſeu dilatio, eſt tempus â judice parti, vel pio reſponſione, deliberandâ, vel ad probandum,

bandum, vel ad agendum, vel ad excipiendum, replicandumq; vel ad reprobandum, datum sive concessum.

Dilation/ fristung oder auffschub/ ist die zeit / welche vom Richter dem parth sich auff die antwort zubedencken / oder zu probiren vnd beweisen / oder zu klagen/oder zu excipirn/oder replicirn/ oder zu reprobiren gegeben wird.

Quando enim Reus comparet in judicio & animadvertit sibi opus esse accuratâ deliberatione ad respondendum libello, tunc petit dilationem quæ † ei de jure communi concessa est, scilicet spacium viginti dierum *a* ut intra hoc tempus deliberet, an malit cedere liti, vel potius contendere. *Authen. offeratur. C. de lit. contest. l. 1. ff. de edend.* 2. 3.

Hæc tamen †, dilatio poterit à judice cum causæ cognitione abbreviari vel prolongari ratione personæ, causæ, itineris &c. *glos. in verb. recisus, in c. cum sit Romana. extr. de appellat.* 4.

Imo potest † judex omninò denegare dilationem, quando videlicet citationi inserta est copia libelli, ex quo plene potuit instrui super eo, de quo convenitur. 5.

Hæc autem ex eo fluxêre fundamento:

Qui † semel certus, amplius certiorari non debet, *iuxta regulam: Eum qui. de reg. jur. in 6.* Cum autem citationi inserta est copia libelli, tunc est certus. Ergo &c. Licet alij hac in re contrarium opinentur, asseuerantes dilationem deliberationis esse de substantia Iudicij, quantum ad Reum pe- 6.

tentem, ideoq; si ei denegata fuerit, processum vitiari & nullum reddi *l. 1. in princip. ff. de edend. & ibi Bartolus Bald: & Alex. de jmmola, & idem tenet glos. in verb. viginti in d. Authen. offeratur.* Præcedens tamen theotrica vsitatior est.

7. Sunt † autem multiplices dilationes. Aliæ sunt expectatoriæ, de quibus est *text. in Authen. qui semel C quomod. & quand.* Aliæ probatoriæ: Aliæ dantur ad excipiendum, aliæ ad agendum: Aliæ ad reprobandum, *de quibus omnibus not. per Dd. in l. 1. C. de dilat.*

ADDITIO.

8. a *Viginti dierum.*) In camerâ † Imperiali certi constituti sunt termini tam citationibus seu simplicibus querellis, quam secundæ instantiæ, quæ vulgò appellationum vocatur, de quibus terminis, vide ordinat: Cameræ Imperialis *part. 3. passim per tot. Noe Meur. in processu Camer. Imper. part. 1. cap. 1. & seqq. multis capitib. Christoph. Schvvanmán in process Cameral lib. 1. cap. 40. cuius arg: de process. causæ n. 2. 3. 4. & multis cap. seqq. & lib. 2. cap. 5. 13. 14. per tot. & passim.*

9. Solent etiam in Camerâ partes vel sponte consentire in dilationem aliquam, vel etiam per decretum dilatio adimitur. De dilationibus quoq; circa probationes idem Schvvanman *ubi supra lib. 1. cap. 46.* latè quoq; de dilationibus Cameralibus *Rutgerus Ruland. in tract de commissariis Cameræ Imper. lib. 2. cap. 7. & multis cap seqq.*

Iure Saxonico † dilatio, quam reus habet ad com-

parendum, ordinariè tres quaterdenas & tres dies continet, hoc est sex septimanas, una cum tribus diebus.

Nach Sachsen Recht werden dem Beklagten zuerscheinen drey viertzehen tage vnd drey tage / das ist auff einmal peremptoriè sechs wochen / vnnd drey Tage vergönnet / welchs man Sächsische fristnennet.

CAPVT CCI.

DE OFFICIO REI.

Was der Beklagte zu thun schuldig sey.

SVMMARIA.

1 *Reorum est fugere.*
2 *Exceptiones opponuntur aut ad impediendum litis ingressum: aut ad perimendum judicium n. 3.*
4 *Exceptio quælibet qua ratione sit opponenda.*
5 *Cliens advocato fideliter referre factum debet.*

QVis sit Reus supra dictum est. Et quia † Reorum est fugere, circumspiciendum ipsi erit, quâ defensione, vel devitare queat processum judicij, & sic contestationem litis: Vel quomodo perimat intentionem Actoris. 1.

Aut

2. Aut enim † opponitur exceptio aliqua, ad impediendum proceſſum Iudicij, veluti exceptio Iurisjurandi, Transactionis, Rei judicatæ. Et hæc ſi in continenti probatur, abſolvitur Reus ab obſervatione Iudicij.

3 Aut opponitur † exceptio ad merita cauſæ, litc ſcilicet conteſtata, & ſi doceat eam Reus ab actione diffinitivè abſolvitur. *Ita Dd. in l. eleganter §. ſi quis ff. de condict. indeb.*

4. Qua ratione † autem quælibet exceptio opponi
5. debeat, factum ipſum demonſtrat, quod † diligentiſsimè cum omnibus circumſtantiis pars Advocato ſuo commemorare neceſſe habet, *iuxta text. in l. ut reſponſum & ibi Paul. de Caſt. C. de Transact.*

Wenn Beklagter fürkömpt / ſoll er erſtlich ſehen / was er für eine Schutzwehre brauchen kan / vnd alſo die Befeſtigung des Krieges vermeiden vnd entfliehen / oder wie er des Klegers intent vnd meinung gantz vnd gar vmbſtoſſe vnd hinweg nehme. Wie aber ein jede Exception oder Schutzwehre ſoll fürgewand werden / bringet ein jeder Handel ſelbſt mit ſich.

CAPVT CCII.

DE EXCEPTIONIBVS.

Von den Schutzwehren des Beklagten.

SVMMARIA.

1 *Exceptio quid sit?*
2 *Exceptionum quot sint genera.*

EXceptio est exclusio actionis. *l. 2. ff. de excepti.*

Sunt autem triplices exceptiones, Dilatoriæ, peremptoriæ, & anomalæ. *l. 4. ff. eod. §. appellatur, Instit. de excep. gl. ß. & Panormit. in c. exceptionem extr. eod. legistæ in l. exceptionem C. de probat. & l. siquidem C. de excep.*

Exception, Außzug oder Schutzwehr / ist eine ablehnung der Klage des Klegers. Es seind aber dreyerley außzüge. 1. Verzügliche. 2. Die die Sach gar auffheben. 3. Die die Sach zugleich verziehen / vnd auch gar auffheben können.

CAPVT CCIII.

DE DILATORIIS exceptionibus.

Von verzüglichen Schutzwehren.

SVMMARIA.

1 *Dilatoriæ exceptiones quid sint?*
2 *Dilatoriæ exceptiones duplices sunt.*
3 *Declinatoria exceptio quæ sit?*
4 *Exceptiones judicem declinantes quando proponendæ sint?*
10 5 *Judicis persona probatur cum aliæ coram eo exceptiones proponuntur.*
6 *Exceptiones dilatoriæ ex personâ actoris quæ?*
7 *Exceptiones dilatoriæ ex personâ Rei, quæ?*
8 *Exceptiones dilatoriæ è personâ procuratoris.*
9 *Exceptiones dilatoriæ ex rescriptis, quæ?*
10 *Exceptiones dilatoriæ, ex loco judicij, quæ sint?*
11 *Exceptio dilatoria ex tempore.*
12 *Exceptiones dilatoriæ ex causâ.*
13 *Exceptio dilatoria ex libello*
14 *Reali in actione quomodo res exprimenda, & describenda exemplis varijs declaratur & n. 15.*
20 16 *Stipulatio non valet nisi causa subsit.*
17 *Exceptiones declinatoriæ opponendæ & probandæ sunt ante lit. contestatam.*
18 *Exceptionibus proponendis terminum judex statuere potest.*

19 Excepti

19 *Exceptiones plures reus conditionaliter proponere potest, si prima non procedat, ut secunda audiatur.*
20 *Exceptionum transitus permissus est.*
21 *Exceptio dilatoria quando post litem contestatam possit opponi.*
22 *Forma exceptionis super incompetentia judicis.*
23 *Forma recusandi suspectum judicem.*
24 *Recusatio judicis quemadmodum exercenda sit?*
25 *Recusatio judicis ob quas causas fieri queat?*
26 *Forma exceptionis contra procuratorem.*
27 *Defensor quilibet etiam sine mandato admittitur.*
28 *Procuratoria exceptio omni tempore opponi potest.*
29 *Procurator falsus quot modis dicatur.*
30 *Procurator falsus est literas mandati sub sigillo falso proponens.*
31 *Forma exceptionis super ineptitudine libelli.*
32 *Libelli inepti exceptio quandocunq; opponi potest.*
33 *Sententia lata super libello ineptoest ipso jure nulla.*
34 *Exceptio dilatoria solutionis quæ? & ex quot causis oriatur & n. 35. 36. 7. 38.*
36 *Iudicatus personali actione. 4. mensium dilationem habet.*
37 *Maritus dotem ante annum reddere non tenetur.*
39 *Exceptio dilatoria solutionis quando proponatur & probetur.*
40 *Excipiens non fatetur intentionem actoris.*
41 *Forma pronunciandi super exceptione dilatoriâ.*
42 *Forma pronunciandi super peremtoriâ exceptione.*
43 *Reus definiti pene an ab instantia absolvatur, differt.*
45 *Sententia absolutoria duplex est.*

Dilatoriæ † Exceptiones, quæ & temporales vocantur, sunt quæ ad tempus tantum nocent, & actionem in tempus differunt, Et sunt † duplices. 2.

Quædam est declinatoria judicij.

Quædam verò dicitur dilatoria solutionis, *ita*

dividit Specul. in tit. de Except. §. Exceptionem, ver. Dilatoria.

Verzügliche Außzüge oder Schutzwehren sein/ die nur eine zeitlang schedlich seind/ vnnd die Sach nur eine zeitlang auffhalten / derer verziehen etliche daß Gerichte/ etliche aber die Heuptsache oder Bezaluna.

3 Declinatoria † judicij est, quæ forum mutat, & illa colligitur ex multis rationibus , Primò ratione Iudicis, quod sit incompetens, suspectus, bannitus, infamis, minor 25, annis , damnatus lege Iulia repetundarum, surdus, mutus, furiosus, mulier, A dignitate propter delictum motus , Quod propter Calumniam, in aliqua causa tulit sententiam. Item quod sit, Iudæus, Hæreticus, & c. & alias similes, vide *apud Specu. in titu de Iud. deleg. §, Excipi potest, & in titu. de recusat.*

4. Et hæ † Exceptiones, quibus Iudex recusatur, sunt proponendæ , non tantum ante litem contestatam, sed etiam ante omnes alias dilatorias & præstitam Guarendam. Nam † proponendo alias exce-
5. ptionis fortassis contra personam agentis, tunc tacitè videor personam Iudicis approbare , nec deinde eum reprobare possum, *secundum Panorm. in d, c. exceptionem* , nisi ignorauero esse Iudicem incompetentem, tunc enim etiam post sententiam potero opponere. *l. fin. juncta gl. C. de except.*

Die das Gericht verzeucht oder fleucht/ ist/ die den Gerichtszwang oder Gerichtsstand oder stelle verendert/ vnd das geschicht auff mancherley weise/

als wenn der Richter vnbequem verdechtig/ in Bann oder Acht/ Ehren rüchtig/ nicht 25. Jahr alt/ etc. ist/ vnd diese Exceptiones/ so den Richter recusirn/ oder verwerffen/ sollen zu aller ersten vnd vor allen andern verzüglichen Wehren/ proponirt vnd fürgebracht werden.

Secundò† colliguntur dilatoriæ ex persona Actoris, vt quia infans, pupillus, vel adultus, & vult agere sine tutoris vel curatoris authoritate, prodigus, surdus-mutus, non edens libellum, &c. *de quibus Spec. in tit. de actore.* 6.

Zum Andern werden verzüglich Wehren genommen von der Person des Klegers/ als das er ein Kind/ Vnmündig/ ein Verbrasser/ ein Tauber/ ein Stumm/ etc.

